

Heinrich Rudolph Redecker Friedrich Adolph Hansen

## **Disputatio Iuridica De Nummo, Eiusq[ue] Corruptione, Ac Reductione**

Rostochii: Kilius, 1673

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741210819>**

Druck Freier  Zugang




Dapfrow  
1667

Geld  
Interessenz, Abwärtz

Ru für 1673.

Klar. Rudolf Redeker, Mer. /a  
Friedrich Adolf Mannen, Resp.



DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
NUMMO, EJUS<sup>q;</sup>  
CORRUPTIONE,  
AC REDUCTIONE,

*Quam,*  
adspirante divino numine,  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI,  
ET EXCELLENTISSIMI,

DN. HEINRICI RU-  
DOLPHI Redefern

JCti celeberrimi, & p. t. Academiæ Ro-  
stoch. RECTORIS MAGNIFICI.

Dn. Patroni, Hospitis, ac Præceptoris  
sui venerandi,

*publico eruditorum examini submissurus est*

FRIDERICUS ADOLPHUS HANSEN, Slesvicenf.  
AUTOR.

Die IX. Augusti, in auditorio majori  
horis locoq; consuetis.

---

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Univerſitatis Typogr. ANNO M. DC. LXXIII.

SERENISSIMO PRIN-  
CIPACI AC DOMINO,  
DNO.

CHRISTIANO  
ALBERTO,

HEREDI NORVEGIÆ, NEC  
NON DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ,  
STORMARIÆ, AC DITMARSIÆ PO-  
TENTISSIMO, POSTULATO COAD-  
IUTORI LUBECENSI REVEREN-  
DISSIMO; COMITI IN OLDENBURG  
ET DELMENHORST ILLU-  
STRISSIMO,

DOMINO MEO CLE-  
MENTISSIMO

Fortitudinem, perpetuam feli-  
citem, & longævam vitam!

Sere-

Serenissime Princeps, Domine  
Clementissime,

**S**I calamus atq; ac vultus ingenuus, dum in conspectum TUÆ SER. prodit, erubesceret, non sustineret, importunâ isthâc interpellatione, virtutum tuarum splendori, sine justo rubore, obstrepere. Sed quæ Tua, SER. PRINCEPS, est CLEMENTIA, illi se hæc mea licentia non nisi debitâ modestiâ atq; sincerâ ingenuitate excusabit. Nulla equidem mihi ambitio est, sed clarorum, virorum, & præprimis devotissimi subditi exempla intueor & sequor, quando hæc ingenii mei documenta, ceu studiorum, meorum primitias, TIBI, PATER PATRIÆ, humillimè offero, vel, ut modestiùs loquar, ad pedes T. SER. devotissimâ veneratione depono. Plerique, dum primæ adolescentiæ sanguis calet, novis alliciuntur, & sapi-

sæpiusculè inter nova maximè placent,  
quæ paucis probantur: mihi, quæ cottidi-  
ana, & eò fortean gratiora & utiliora sunt,  
magis arrident. Hinc in animum induxi  
meum, DE NATURA NUMMI, cujus corruptum  
statum pristino nitore & natalibus  
restituere immortalis laude ad laboras, ex  
principiis publici ac privati juris, breves  
hasce eruere theses, easque publicæ disqui-  
sitioni submittere, & Serenissimo tuo no-  
mini inscribere: Quam ut benigno vultu,  
quo me, cæterosque T. SER. subditos, sæ-  
pius in admirationem rapuisti, suscipias,  
humillime peto. Clementia enim quæ in  
Te summa est, & cui me devotissimè com-  
mendo; pariter & submississimus Tui a-  
mor, me fecerunt audacem. Precor interim  
Deum ut Tibi, & per Te, generi humano  
prospera & virtuti tuæ digna contingant.

*Rostochii V. Iduum Augusti*

*Anno cto lxxiii.*

T. Seren.

*humillimus & devotissimus*

*subditus*

Fridericus Adolphus Hansen.

I. N. D.  
CAPUT. I.  
DE NECESSITATE ET VOCE  
NUMMI.

§. I.

**P**ostquam homines, qui sibi solis nec nati, nec educati sunt, *Tum instinctu naturali*, qui ipsis cum plerisque communis est animantibus, *pr. Instit. d. Jur. Natur. Gent. & Civil.* appetit enim brutum; & que conservationem sui ut homo, in individuo autem se conservare nequit, sed per propagationem & societatem conservatur. Unde *Aristot. l. 1. Physic. cap. ult.* Imperfectum, inquit, qualis femina est, naturaliter sui perfectionem in mare appetit. Communis enim omnibus animantibus est, conjunctionis appetitus, procreandi causa, & circa illa, quæ procreata sunt cura, *Aristotel. l. 1. Polit. c. 1. Cic. 7. d. Offic.* Unde nec frustra sapientissima natura homini sermonem indidit, illòque idcirco præditus est, ut in societate animi sensa exprimere possit, nam noluit illa ut homo in tenebris aut solitudine, sed cum aliis in publicâ societate, ubi sermonis usus esset, viveret; *Tum necessitate*, quia periculosis solitariæ vitæ insidiis exponebantur; *Tum utilitate*, quia communi ope, & mutuò indigebant præsidio, compulsi, societates primum iniverunt, illasque, uti sacer etiam codex testis est, *Gen. 13 v. 9.* per aliquot coluerunt secula: Tandem iis, qui in segreges dispersi agebant familias, inventâ agriculturâ, pecuariâ, vini culturâ, vestiariâ, aliisque artibus, longè curatius videbatur consultum, *Genes. d. c. v. 2. & cap. 24. v. 35.* si contra mala, quæ homini ab homine imminant

A

imminent



minent, præfidiis se munirent. Desertâ itaque naturali libertate, & simplicis societatis communione, egestatis, necessitatis, utilitatis, & gloriæ captandæ causa adacti, ad civitates constituendas descenderunt. Subsequens enim & prudentior ætas, cum variis genus mortalium infestaretur malis, adversus singula remedium quærere sollicitè agebat. Constitutâ itaque civitate, urbès condi, magistratus creari, LL. scribi, & judicia constitui cœperunt: id enim non tantum naturale & utile, sed & necessum esse, is penetravit, qui dixit, *nisi judicia essent, unus homo alterum devoraret, & sublatâ iustitiâ, societates hominum essent latrocinia, & sceleratorum spelunca atq; asyla.* Ad conservandam autem felicem civitatem utilissima & maximè necessaria commerciorum libertas reputabatur, quippe sine quâ subsistere haud potest societas, nedum civitas, *Arnif. d. jur. Maj. lib. 2. cap. 7.* indubium enim est multiplicium rerum sufficientiâ & abundantia ad vitam politicam esse opus, *Bornit. d. Numm. lib. 1. cap. 1.*

§. 2. Exercebatur olim, cum commercia inciperent, intergentes saniores rerum permutatio, sicut de interioribus Germanis testatur *Cornel. Tacit. de Morib. German.* qui simplicius & antiquius permutatione mercium utebantur: nam quia plerumq; eveniebat, ut quod alteri supererat, alteri deerat, utilibus inutilia, ex æquo, quatenus id mortalibus adsequi licebat, permutabant. Sed quia, Paulo Jc. teste, non semper nec facilè concurrebat, ut, cum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem ego haberem, quod tu accipere velles, de proportionè rerum permutandarum dubitabatur: electa tandem materia est, cujus publica ac perpetua æstimatio, difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis, subveniret; ita ut non ulterius utrumque merx, sed alterum pretium, alterum merx vocetur *l. 1. de Contr. ab. Emt. junge l. 1. ff. de rer. perm.* Unum igitur quoddam necessario esse oportuit

oportuit, ad quod res omnes, tanquam ad æquabilem valoris commensurationem æstimentur. Primitus enim possibile haud erat, ut res, quæ gentes inter permutabantur, ob innumeras rerum differentias ad justam æqualitatem, & æquabilem seu proportionatam redigerentur commensurationem: Hinc requirebatur omninò justa & conveniens aliqua dimensio & æstimatio, tanquam medium & mensura, ad cuius rationem commensurabiles seu fungibiles inter se res in commercio existentes efficerentur, atque adæquarentur. *Arist. l. 5. Eth. ad Nicom. c. 5. ibique Magirus.* Idque per nummum fieri, ceu per materiam ad id electam, gentibus placuit *d. l. 1. de C. E.* Dimeritur vero & æstimat cætera omnia inæqualia, se ipsum autem metiri non potest *Aristotel. alleg. loc. l. 42. de Fidejuss. ibiq; Gotbafred. l. 88. d. V. S.* æqualitate sui valoris, quod innuunt verba J. C. i. dum dicit, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret *all. l. 1. de Contr. Em. Molin: de Usur. & Commer. n. 694. Lamp. de nat. num. P. Laym. in Theol. mor. Lib. 3 tract. 3. part. 1. c. 5. n. 1.*

§. 3. Priscis quidem electa metalli materia, rudi, & non signatâ appendebatur massâ, *Aristotel lib. 1. Polit. c. 9.* sed cum procedente tempore dependendi ratio molestior videretur, factum est, ut cuiusque Reipl. Principes certæ quantitatis nummos cudere, eosque certis imaginibus insignire, cœperint, & ita inventus est valor legalis, qui lege Principis cum ejus imagine ac sigillo imponitur, per quem indigitatur tanti quemcunque nummum continere auri argente, quantum inscriptio, in vim publici testimonii impressa, designat: *Lamp: d. l.* ita tamen ne major sit exterior nummi valor, quam intrinsecâ bonitatis qualitas, unde verum & adæquatam rei pretiam reapse determinatur, *Cardinal. Lugo. de Justit. & Jur. Disputat. 28. Sect. 2. n. 5.* Tanta proinde in quavis

Republ. nummi necessitas, ut sublato illo ipsius Reipubl. & præprimis commerciorum robur in publicum decidat detrimentum, secundum illud germanicum:

Bei der Münz sol man lehren /  
Wie sich die Welt thut verkehren.

*Vid. Partib. Litigios. lib. 1. c. 13. n. 18.* In quem finem haud abs re esse videtur *Bodini verba, lib. 6. de Republ. cap. 3. in princ.* quæ quasi, *testante Hermann. Latber. d. Censu. lib. 3. c. 10. n. 53.* ex oraculo prodierunt, huc transcribere *Mibi, inquit Politic9 firmisima Rerumpubl. munimenta contemplant, rei nummaria curatio non tantum utilis, sed etiam civitatibus tantopere necessaria videtur, ut sine eâ commodè consistere non possunt, & quò major necessitas est. eò magis nummorum depravationi prospiciendum.*

§. 4. Cum itaq; ex adductis satis liquide constare possit, quod nummus, solâ hominum impositione ac lege, propter meram necessitatem, ut justa dimensione omnes res, quibus homo indigeret, in Republ. determinaret, & ad certam redigeret æstimationem, communi quasi conventionem & consensu sit receptus, *Paulus Laymann. in Theolog. Moral. d. l. 3. tractat. 3. part. 1. cap. 5. n. 1.* Unde *Molin: d. Usur. & Commerc. n. 694.* Subsidiarium, inquit, quoddam & succedaneum rerum necessariorum factum est ex pacto, sive ex communi quodam fœdere, quod est numisma, ita dictum, quia non est à naturâ, sed à vobis, i. e. lege, est enim mensura & usus omnium rerum quæ in Republ. possidentur, lege publicâ definitus *d. l. 1. d. Contrab. Emt. ibiq. Dd.*

§. 5. Per se quidem nummus non succurrit indigentia humanæ, Midas enim, ut *Ovid. in Metam. lib. 11. fabulatur*, abundans aurò fame perit, Nam auri

*Copia nulla famem relevat, sitis arida guttur  
urit, & in viso meritis torquetur ab aurò.*

Sed

sed duntaxat instrumentum quoddam præstat, quò merces  
facile & commodè parantur & permutantur *Bornit. alleg. loc.*

§. 6. Vocis originem quod attinet, de eà non anxie  
laboramus, cum ad rei essentiam explicandam superstitiosa  
vocis originatio seu etymologia parum aut nihil referat: Ut  
tamen verborum aliqua quoque habeatur ratio, notamus,  
quod alii illam duplici MM. scriptam, & ita à Græco voca-  
bulò  $\nu\mu\mu$  deductam exponunt, inter quos *Kitzel. d. Jur.*  
*Monet. Class. 1. Theorem. 4. lit. E. vel  $\nu\mu\mu$ . Pratejus in Lexico*  
*Juris, voce nummus*: Aliis simplex M. arridet, & tunc vel à græ-  
câ voce  $\nu\mu$ , unde  $\nu\mu\sigma\mu\alpha$ , *Kitzel. all. loc. Bocer. d. Monet.*  
*cap. 1. n. 8. Adrian. Jun. in Lexic. Græco, voce  $\nu\mu\sigma\sigma$ , vel à nume-*  
*ro, Calvin. in Lexico Jur. verbo Nummus, Jacob. Curt. lib. 3. Con-*  
*jectur. cap. 23. vel denique ut Suidas vult, cujus verba invenit*  
*es apud allegat. Pratej. à Numa Rege, Isidor. lib. 16. Orig. c. 17.*  
*Brisson. de V. S. voce nummus. Cæterum cum in probatis Jctis,*  
*adeoque in Corpore Juris, l. 1. §. 1. d. Contr. Emt. l. 24. §. 1. d.*  
*Pignorat. actio. l. 159. d. V. S. l. 3. d. in lit. jur. l. 94. §. 1. l. 99. ff. d.*  
*Solut. l. 8. l. 9. ad L. Cornel. d. Fals. l. 2. C. d. Fals. monet. & passim*  
vox nummi vulgariter cum duplici MM. occurrat, postha-  
bitâ conjecturali derivatione, eundem, ceu vulgarem scri-  
bendi ac loquendi usum, in ambiguo grammaticorum con-  
flictu, amplectimur, ita enim Cujacium, Brissonium, Cotman-  
num, & vel sexcentos alios habemus Antecessores.

§. 7. Verbum autem nummi, seu, quod idem, no-  
mismatis ac numismatis, à quo etiam textus juris nostri (uti  
perperam statuit *Bocer. alleg. cap. 1. n. 13.*) non abhorrent per l.  
27. §. 4. d. *Aur. & arg. legat. l. 1. C. Theodos. d. Fals. monet. l. 28.*  
*d. Usufr. l. 9. §. 4. ad Exhib. de argenteo primò tantùm ac-*  
*ceptum, post ad alias translatum esse materias, multis evin-*  
*cit Hotomann. d. lib. 1. cap. 6. veteres etiam illo pro gemmis*  
*uti solebant, quemadmodum ostendit Pompon. in d. l. 28. d. usu-*  
*fruct.*

§. 7. Numi

§. 8. Nummus alio nomine, sensu tamen eodem, vocatur *Pecunia*, vel à pecude, quia prisco tempore, in magna veterum paupertate, hominum divitiæ & facultates in pecudum copia arg. §. 7. *Inst. d. Injur.* erant positæ, juxta *Ovid. lib. 5. Fastor.*

*Cetera luxuria nondum instrumenta vigeant  
Aut pecus, aut latam dives habebat humum,  
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.*

Vel à pecudis effigie, eò quod *Servius Rex Romanorum*, primum æs pecudis notà significavit, *Bocer. lib. 1. cap. 1. n. 14. Kitzel. all. loco lit. H. Hanffm. Resolut. 2. lit. b. vel à peculio dicta*, quæ derivatio arridet *Arnisæo alleg. loc. n. 7.* Est autem triplex pecuniæ significatio, quatenus sumitur, 1. *vel latissimè*, ita ut sub se comprehendat omne id, quod in nostrò est patrimonio, sive res mobilis, sive immobilis, sive corporalis, sive incorporalis sit *l. 4. l. 178. pr. l. 222. d. V. S. 2. late*, ut solum denotet rem fungibilem h. e. quæ pondere, numero & mensura constat, seu quæ in genere suo functionem recipit, *l. 2. §. 1. d. Reb. Cred. l. 30. pr. d. leg. 1. 3. Strictè*, ex vulgari loquendi modò, & significat tantum pecuniam numeratam, seu quæ venit pro signato ære, auro, vel argento *l. 7. §. 3. ad Sec. Maced. d. l. 178. 222. d. V. S. l. 95. eod. vide Magnifici Dni Præsidis dictata ad l. 4. d. V. S. item Wegner. ad all. l. 4. Hanffm. Resolut. 2. lit. b. Kitzel. all. loc. Bocer. all. loc. n. 15. Budel. d. Re Nummaria lib. 1. cap. 1. n. 46.*

§. 9. Appellatur quoque *Nomisma*, *Hotomann. all. loc. seu Numisma all. l. 28. d. Usufr. l. 9. §. 4. ad Exhib. Argentum*, sicut in *Transalpinâ Galliâ* qualemcunque nummorum speciem simpliciter vocari argentum docent *Alciat. ad l. etiam aureos 159. d. V. S. n. 6. Sixtin. d. Regalib. lib. 2. cap. 7. n. 8. in fin. Hanffm. Resol. lit. e. unde proverbium, point d'argent, point de Suisse; de Hebræis idem asserit. Rebuff. ad d. l. in pr. Sixtin. all. loc.*

§. 9. Di-

§. 10. Dicitur etiam Æs, unde per æs nummorum omne genus, sive aureum sive argenteum significatur, *Wegner. ad all. l. 179.* nam prodigis, quibus non deerant aurei & argentei nummi, bonis interdicebatur hoc modo: Ære, commercioq; interdico, *Paul. l. 3. sentent. tit. 4.* hinc mancipatio dicitur facta per æs & libram, §. 1. d. *Test. Ord.* & ærarium quoq; dictū, licet in ea nummi aurei & argentei soleant reponi *Gædd. ad all. l. 179. n. 3.* & æs alienum, quamvis de argenteis & aureis sermo sit, *Cujac. 7. Obs. 33.* imo eā voce omnia bona & facultates, nullo ad nummū habito respectu, veniunt, unde tritū qui non habet in ære, luat in corpore, *Hanffm. resolut. 2. lit. a.*

§. 11. Vocatur insuper Pretium, l. 1. ff. d. C. E. illud enim propriè contractui emptionis venditionis convenit, cui nummus essentialiter inservit, pr. §. 1. §. 2. *Instit. d. Empt. Vendit.* nam nulla emptio sine pretio seu numeratā pecuniā, quippe quæ essentialiter rei ingreditur, l. 1. ff. de rer. permut. d. §. 2. esse potest, l. 72. d. C. E. & uti *Ulpian: in l. 2. §. 1. eod.* loquitur, nulla sine pretio est venditio: hinc dicitur pecunia pretii in l. 13. ff. d. *Pignor. act.* *Magnif. Redekerus in ff. d. contrab. Empt. Th. 6.*

§. 12. Venit denique nummi nomine Moneta l. 6. §. 1. ad L. *Jul. pecul. l. 1. C. d. Fals. Monet. Rubr. C. eod.* dicta à monendo, ideo quod vel auctoris s. Principis, aut valoris publici, aut alterius cujusdam rei nos moneat *Bornii. lib. 1. cap. 1. vel quod informet subditos se eidem magistratui esse subiectos, cujus imaginem præfert moneta Bocet. l. 1. cap. 1. n. 8. Luc. 20. v. 24 25. Matth. 22. v. 2.) vel quod moneat, quod non sit fraus in metallo vel pondere Coras. Bornii. d. loco. At *Besold, in Theaur. Pract.* voce, Münz/ monetam à monendo deductam, credit, propter officium sc. finem & usum, quod signi impressione, & certi auctoris inscriptione, temporis, ponderis, & valoris nos admoneat *Jacob. Alemann. in palæstra Consult. Conf.**

*Conf. 8. q. 1. part. 18. idem Dinner. disp. 1. Th. 1. tradit, quod sc. de nostris temporibus futura secula commoneat.*

§. 12. Appellatione autem monetæ etiam venit officina monetalis, ubi moneta formatur *l. 6. §. 1. ad L. Jul. pecul. l. 2. C. d. Fals. Monet. l. 38. d. poen.* 2. Moneta aurea & argentea *Rubr. Et t. 1. C. d. Fals. Monet.* 3. Aenea, *Dan. Moller. in Constit. Aug. p. 2. const: 29. n. 1.* 4. Dea Juno, etiam Moneta vocitata, quæ pecuniæ curam gerebat, & graviter, ex erronea gentilium opinione, ulciscabatur dolum in nummis commissum *Hanffm. Resol. 1. l. e. Bornit. all. loc.* Unde Suidas Junonem Monetam cultam à Romanis scribit quasi *ἀμβύλον*, quod iis in bello adversus Tarentinos, & Pyrrhum de pecunia laborantibus, benigno responso, ope, consilioque adstitisset, in cujus postea templo nummi percussi, *Briffon: in voce Moneta. German: moneta vocatur Münz/* cujus vocis ambiguitas potest videri apud prælaudatum *Besold. all. loc. Et Hanffm. Resol. 1. l. f. unde, Münzer/* de quibus infra.

## CAPUT II.

### DE NUMMI NATURA ET USU.

#### §. I.

**U**T ad naturam nummi proximius accedamus, ea ex definitione ejus omnium optimè patebit: Describitur autem in *l. 1. d. Contrab. Emi.* quod sit *materia forma publica percussa, cujus perpetua æstimatio, difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis subvenit. Materie verbum generale est, denotans hic rem fungibilem, aliàs omne exprimit, ex quò aliquid fit, l. 7. §. 7. d. A. R. D. l. 24. eod. §. 25. Instit. d. Rer. Divis. l. 7. §. 7. d. Supellect. legat: adeoque & ambitu suo complectitur id ex quo nummus formatur, sumiturque synechdochicè materia pro materiato, seu pars materia-*

materialis pro toto essentiali, *all. l. 1. d. Contr. Emt.* itaque ex J.C. præceptis, genus illud, ad describendum nummum, non est omnino inconueniens, *arg. l. 10. ff. d. J. & J. l. 31. d. A. R. D. l. 62. d. R. J.* Alterum definitionis membrum, quod dat esse, *l. 9. §. 3. ad Exhib.* indicat publicam & legitimam formam, quâ valor nummi extrinsecè est definitus; *Perez. ad tit. C. d. Veter. num: pot: n. 2. Paul: Laym. in Theol. moral. l. 3. tr. 3. p. 1. c. 15. n. 1. 2.* ut scilicet distingvatur ab omni materiâ rudi, aliisque rerum speciebus, ex quibus nummus fieri potest; quia aliàs nummus non est talis, nisi insigni publico certus ipsi valor fuerit additus. Nec materialem partem definito adæquatam in descriptione desiderabis, isthæ enim per æqualitatis quantitatem, & perpetuam æstimationem *in d. l. 1. explicatur, scil. ut sit speciei probæ, & ponderis debiti, Guth an Kornund Schroot/uti Germani loqui amant, per la. C. d. Veter. num. potest.* Tria enim ad justitiâ nummi essentialiter requiruntur: legitima eudendi auctoritas; materiæ integritas; & justum pondus. *P. Laymann. d. l. n. 4. Augustin: Barbof: ad c. quanto 18. d. Jurejur. n. 5.* Ut itidem constet cujus usionis causa nummus fuerit inventus, quod Jurisperitis, in definiendis rebus, non est in frequens *§. 1. Inst. d. Tutel.* ultima descriptionis verba præcipuum ejus describunt finem, *de quibus superiori & in hoc capite agitur.*

§. 2. Porro, ut naturam nummi plenius investigemus, curatius quodammodo ejus causæ sunt pensandæ, scire enim est rem per causas cognoscere: maximoperè enim inter est, inter rationes à principiis proficiscentes, & eas quæ ad principia ferunt, *Aristotel. lib. 1. Ethic. cap. 4. & Angel. Conf. 396. in pr.* tunc demum unumquodque scire & intelligere arbitramur, inquit ille, cum causas primas, & principia usq; ad elementa cognoscimus & intelligimus, quem sequitur *Riswin: Jun; in suo Consil. 339. num: 112. vol. 3. hinc eleganter Bar-*

B

tol. 17.



*zel. in l. admonendi 31. ff. d. jurejur. asseverat, quod verè scire, demum sit, per rationes & demonstrationes scire, unde & Hesiodus laudatus ab Aristotel. citat. loc. eum duntaxat, qui rerum potest cognoscere causam, felicem judicat, Joann. Bapt. Costa. in tr. d. Fact. scient. & ignor. Inspect. 61. n. 6. seqq.*

§. 3. Primò itaq; ut constet de nummorum inventore, sciendum est, quod concordantes in eà re non sint DD. opiniones: Sunt qui filio Lamechi Tubalkaino hoc assignant, propter verba *Genes. 4. v. 22. Ein Meister in allerley Erz und Eisenwerck / imo Joseph. lib. 1. cap. 3. antiquitat.* nummorum inventum tribuit ipsi Caino, quem tamen stringit *Bornit: lib. 1. cap. 3. in fin.* Alii verò Tharam patrem Abrahami primùm monetam fabricasse scribunt, quos magno numero recenset, *Kitzel. Cl. 1. Theorem. 5. lit. B Guido Papa Decis: 493. Albert: Rosat: in l. 1. d. Contr: Ernst: Budaeus d. asse lib. 5. Budel. l. 2. cap. 2. n. 7. & multi alii.* Nonnulli Noë nummi inventionem adscribunt, allegati ab *Hanffm. Resolut. 3. lit. E. Ælian. lib. 12. Histor. cap. 10.* Æginetas commendat, sed *Johan. Scheffer. in suis notis,* hoc nullibi, ait, reperio: *Quidam ex l. 27. §. 4. ff. d. Aur. & argent: legat.* Philippum Macedoniae Regem laudant: Alii æreum nummum Jano, quod de nummis Italicis verum credit *Macrob. lib. 1. Satur: cap. 7.* aureum, autem & argenteum Lydis addicunt: Non desunt qui Servio Tullio Rom. Regi id tribuunt: Nonnulli primum volunt Erichthonium Atheniensium: Alii Naxiis, Lyciis, alii aliis primum locum deserunt: Optimè faciunt qui ingenuè cum *Plin. lib. 33. Histor. cap. 3. Limnao lib 3 cap. 2. jur. publ. & Hanffm. Resolut: 3.* de primò nummorum inventore liquidò non constare fatentur, est enim isthæc talis ignorantia, quam quis sine rubore potest allegare.

§. 4. Hoc tamen certum, viguisse nummi usum, non longe post diluvium, adeoque multis abhinc seculis,

uci

uti constat *Genes. cap. 20. v. 16. & cap. 23. v. 15. 16.* ubi mentio fit ejus pecuniæ, das im Rauff gang und gebe war. Non tamen unò eodemque tempore ab omnibus fuit inventus: diu enim Hunnorum aliarumque Gentium divitiæ in armentis consistebant: De German. testis est *Cornel. Tacit: d. l.* Indi quoque ante Hispanorum adventum proventuum permutatione, non *lethali pecuniâ*, ut ait *Martyr. lib. 10. decad. 3.* mercabantur, & quod adhuc hodiè Lappi, aliique Septentrionis populi, aurò argentòque destituti, mercaturam rerum commutatione exerceant, testatur *Arnif. d. jur. Maj. l. 2. c. 7. n. 7.* Romanos quoque beneficio permutationis diu exercuisse commercia indicat *l. 4. C. d. Commerc: & Mercat. Hanffm. all. loc.*

§. 5. Postquam autem à nonnullis Gentibus primò fuit inventus nummus, cæteri populi illum tacito suo consensu approbarunt & receperunt *arg. § 1. 2. Instit: d. Jur: Natur: Gent: & Civil. l. 1. § fin. d. Just. & Jur.* Afferimus ergo originem, usum ac inventum nummorum juris esse gentium secundarii; non autem juris naturalis vel gentium primævi; quia ex simplici ratione non fuit, nec cum ipso genere humano cœpit; *Arist. 5. Eth. 5.* Nec absolutè juris civilis, nisi quævis civitas singularem nummorum speciem, alibi non receptam, constituit; *arg: l. 6. l. 9. de 7. & J* Cæterum uti per inventum nummorum s. pretii, emptio & venditio fuit à permutatione separata, cum ipso contractu, juris gentium est: *l. 1 §. f. d. Contr. Empt. l. 5. d. Justit. & Jur. §. 2. d. Jur. Natur: Gent: & Civil: Hanffmann. Resol. 3. lit. C. Sixtin. d. Regalib. lib. 2. c. 7. n. 3. Pinell. ad Rubr. C. d. Resc. Vendit: part: 1. cap. 1. n. 25. Molinaus d. Commerc. & Usur. n. 609. Bocer: d. Jur. Monet. cap. 1. n. 17. in fin.* Moneta itaque seu nummus quâ originem & usum communem, est juris gentium *arg. §. 1. 2. Instit. d. Jur. Natur: Gent: & Civil.* quâ specificum valorem autem, quatenus

B 2

idem.

idem nummus non ubique idem pretium denotat, est juris civilis, *Cujac. lib. 33. Paul. ad Edictum, in explicatione l. 1. ff. d. Contrab. Empt. cumque secutus Boccr. c. 1. n. 18. seqq.*

§. 6. *Causa Efficiens principalis est ipsa Majestas, de qua cap. 5. infr. Finis nummi, est commerciorum necessitas, & ita Reipubl. salus, de quo c. i. & infra §. ult. h. c.*

§. 7. *Sequuntur Causa Interna, scil. Materia, & Forma: De Materia, quæ formæ receptaculum est, Schurff. 2. Conf. 60. n. 7. Molin. d. Usur & Commerç. q. 92. n. 703. Bornit. c. 5. Hanffm. Resol. 12. l. a. primum erit agendum: illam autem pro diversitate temporum & locorum variam esse, ac olim fuisse authorum testantur monumenta: Clazomenii cum stipendia militibus persolverent, ferreos nummos percusserunt, *Aristotel. lib. 2. Oeconom. c. 1. de Britannis scribit Julius Caesar commentar. de bell. Gall. lib. 5. quod nummò ferreo, & annulis ferreis, ad certum pondus examinatis, pro nummo usi sint: Spartanorum Legislator Lycurgus omnem auream & argenteam monetam antiquavit, ferreamque substituit, Matth. Hostus in elegantissimo tractatu de Re Nummar. veter. l. 1. c. 7. n. 4. de Byzantinis idem asserit alleg. Hostus: Romanis tamen id metalli genus ita semper displicuit, ut nullos ex eò conflarent nummos l. 9. §. 2. ad l. Corn. de fals. Hotomann. l. 1. c. 1. Boccr. c. 2. n. 5. idque proculdubio ideo, quod difficulter funditur, & cum æruginem facile contrahat, servari diu pondus legitimum non potest; imò valorem cum aliis rebus proportionatam, haud facile ferrum continet, Boccr: d. l. n. 5. & 6. Hotomann. citat. loc. Syracusanus Dionysius argentario destitutus præsidio, stagnum nummū (ut habet lectio Florentina, stagnum enim olim dixerunt *Cujac. u. Observ. 1.*) percussit, & invitos Syracusanos iis pro argenteis uti cogit *Gotbofr. ad l. 9. §. 2. ad L. Cornel. d. Fals. Aristotel. loc. cit. Nigritæ, Lybiæ populi, è plumbò candidò, quod est stannum, nummos signarunt***

runt, quos Majulas appellarunt, testis est *Hofius all. loc. n. 9.* idem fecerunt habitatores Insula Taprotanes: sed Romani itidem stanneos pariter & plumbeos respuerunt *d. l. 9. §. 1. b. t.* idq; hac ratione, quod propter mollitiem assiduâ tractatione facile signa & pondus mutetur, manusque eorum contactu sordescant, *Hotomann. d. loc. Tholofan: 36. Syntagm. 2. n. 7. Bocer. c. 2. n. 4.* Alios quàm chartaceos nummos, quadratos, Regisque sigillo impressos, quos, vetustate absumptos, in aulam referunt, & novos recipiunt, non habere Tartaros Catharinos refert *Johann. Auban l. 2. c. 8. d. Morib. Gent. Host. all. loc. n. 19. Arnif. d. jur. Maj. lib. 2. c. 7. n. 7.* & quod Lugduni Batavorum durante obsidîo hispanicô nummi chartacei fuerint percussi, tradit *Budelin: cap. 1. n. 34.* De Chartaceis nummis latius potest videri *Reisner. Volater. in cap. 2. Oeconom: Aristot.* Apud antiquos etiam Germanos extitisse nummos ex ligneis asperis & quadratis, declarat *Lazius d. Republ: Roman: lib: 3. cap 3. Tilemann: p. 3. c. 4.* Apud magnum Tartarorum Cham, tenentur mercatores, pro pretiosis lapidibus, auro & argento, monetam Regis, de interioribus mori corticibus percussam, accipere, *Hofius all: loc: n. 15.* Aliquando quoque lo-reos s. coriaceos nummos in usu fuisse, scribit *Sixin. d. Regalib: lib: 2. c. 7. n. 5. Arnif: all: loc: imo nostro seculo tam coriaceos, quam stagneos nummos esse percussos, experientia testatur: longè quoque viliores materiam à veteribus fuisse adhibitam docet Hanffn: Resolui: 14. per tot: Host: all: locum 14 seqq. quam tamen materiam omnem, licet illa apud veteres fuit ordinaria & usitata, nos, inventis nobilioribus metallis, pro extraordinaria, minus frequenti, & rariori agnoscimus, quæ non nisi urgente necessitate erit percutienda, Decian: lib. 7. c. 23. n. 28. ita tamen ut illâ cessante, percutientes tales nummos redimere, & cum justis permutare sint obstricti, arg. l. 13. §. 1. ff. Commun. pradior: tam rustic: quam ur-*

*Can. l. 1. d. Eviēt. Hanffm. Resol. 14. l. a. & hoc observavit Fridericus II. Impp., qui percussis ex coriō nummis, per præconem edici curavit, se bello finito pro singulis nummis aureum persoluturum Hanffm: alleg: loc: lit: F. ibiq; Dd. de Friderico Anobarbo idem testatur Hofius lib. 1. c. 7. n. 12.*

§. 8. Repudiata ergo priori materia, dedecus videtur supremæ majestatis, nummos abjectæ & vilis materiæ, præter necessitatem, in usum obtrudere publicum: Non enim cæteris rebus æqualitate quantitatis & bonitatis suæ hujuscemodi materia respondet. Sapientioribus itaque tria metalla in benè ordinatis Rebus publ. aurum, argentum, & æs admittere placuit l. 2. §. 30. *C. O. J. pr. Instit: quib. mod. Re contrab. arg: l. 9. §. 2. ad L. Cornel. d. Fals.* Apud Romanos tamen, quia illi diu æreis nummis usi fuere, inventore, uti creditur, Saturno, cui ideò à Gentilibus ærarium fuit consecratum, ab illis nomen retinuerunt, & ita appellatione æris tam aurei quàm argentei veniebant nummi, uti supra c. 1. §. 10. adduxi.

§. 9. Adeoque prudentiores id egerunt, ut perpetuò de certò auri & argenti valore constaret, & nihil utiliùs & salubriùs duxerunt, quàm ut nummi puri, ex puris euderentur metallis, quod de Græcis & Romanis adserunt *Freber. lib. 2. cap. 5. & Budel. lib. 1. c. 1. n. 20. & crimine falsi & peculatus tenebarur, qui auro argentum vel argento æs miscebat l. 1. ff. ad L. Jul. pecul: l. 9. ad L. Cornel. d. Fals.* Elegantissima sunt Regis Gothorum verba apud *Cassiodorum lib. 7. variar: 32. Auri flamma nullà injuria per mixtionis albescat, argenti color gratia candoris arrideat, æris ruber in nativà qualitate permaneat: & puram tantùm materiam veteres quoque Imperii Recessus agnoscunt, Recess. Imp. d. anno 1500. n. 21. von der gülden und silbern Münz wegen / ibid. von feinem Gold und Silber ohn allen Zusatz / C. R. J. d. anno. 1551. §. so haben wir uns auch*

46. & tale aurum excoctum vocatur obryzum, quia simili colore quo ignis rubet, *in l. 3. C. d. vet. Numism. potest. lib. II. tit. 10. l. unic. C. d. Oblat. Votor. lib. II. tit. 49. l. 1. C. Theodos. d. Ponder. argentum verò illud purissimum, appellabatur pustulatum s. pustulatum vel postulatum l. 31. ff. locat: quod coquendo in pustulas adsurgat Cujac. Observ. 7. cap. 39. aliam derivationem exhibet Molin: q. 100. n. 785. aliam ex Budæo depromit Gothofr. ad all. l. 31. lit. J. German. pur / lauter / feinstig Silber oder Gold: idque eleganti ratione statuit Lampad. nec à justitia vel æquitate recedit. Postea tamen per pragmaticas Imperii Sanctiones R. J. d. anno 1559. & subsequentes rei monetariae constitutiones, Tum propter impensas monetarias, schlegelschag / Tum quod ex auro excoctissimo, quod tractationem, propter molliem, sine magnò suo detrimento ferre non potest, admixtione nummos formari, permittunt, Molin q. 110. n. 769. Bocer. c. 2. n. 29. & quod argentum temperatum operi aptius & magis idoneum sit Molin: q. 110. n. 785. Bocer: loc. alleg. n. 30. metalli admixtionem ita esse receptam, ut vix possit abrogari arg. l. 33. 34. seqq. ff. d. LL. tradunt Dd. Kitzel. Cl. 5. q. 1. n. 11. Coler. d. Process. Execut. part: 1. cap. 10. n. 10. Sixtin. d. Regalib. lib. 2. c. 2. n. 86. cujus tamen quantitas lege publicâ, ad evitandas nonnullorum monetariorum fraudes, præprimis in Edicto monetario Ferdinandi I. d. anno 1559. & Imperatoris Maximiliani d. anno 1570. & 1571. est determinata, adeoque inventa distinctio inter marcâ argenti puri, & coloniensis.*

§. 10. Mixturem vero, den Zusatz / monetarii ita temperare solent, ut auro, argentum, vel cuprum adponant, wird mit roht und weiß beschickt / additamentum verò argenti est cuprum, quod vocatur, das Roht. Gallis hæc admixtio dicitur Alloy, Itali & Dd. communiter eam vocant Ligam & pedè, Germ: der Zusatz, Pagament / &c. hinc receptâ admixtio-

admixture Bodin. lib. 6. d. Republ. c. 3. p. m. 1067. tam in  
nummis aureis quàm argenteis æquabilem optat propor-  
tionem, distantiam sc. à purissimis quartæ & vigesimæ partis,  
puriolem enim aut facile quati; aut sensim usu deteri putat,  
dependet autem illa proportio ex ratione seu æstimatione  
auri ad argentum, quæ non eadem olim fuit ubique Bodin:  
all. loc. Alciat. ad l. 5. ff. si cert. petat. n. 72. facit duodecu-  
plam, illamque proportionem durasse usque ad tempora Ve-  
spasiani Plin. lib. 19. cap. 1. probat, Budeus d. Ase lib. 3. p. m. 272.  
decuplam credit, & hanc proportionem quoque agnovit  
Livius lib. 8. decadis. 4. septuplam cum semisse ex Suetonio c. 54,  
colligunt Dd. & quindecuplam ex lib. 33. Plini cap. 3. ubi ta-  
men de lectione non conveniunt, De nostro seculo Hanffman.  
Resolut. 12 lit. e. undecuplam cum quartâ parte addere cona-  
tur, ita ut XI. marcæ & una quarta argenti, unam auri confu-  
ciant marcæ, Tilemann. p. 1. cap. 9. cum quò tamen non con-  
venit Hostus lib. 5. cap. 4. p. m. 725. prolixius hac de re Covar-  
ruvias d. Veter. Collat Nummor. cap. 3. §. 2. Molin. d. Commenc.  
& Ujur. q. 100. n. 777. seqq. & allegatus Dnus Hostus. Sed quia hæc  
ævaloria pro temporis ratione fuit varia, & ex hominum æsti-  
matione, & multitudine hujus vel illius metalli dependet,  
d. un. C. d. arg. pretio. Alemann. in palestr. consultat. 8. fol. 492.  
nos illam discernendam Monetariis & Guardinis relin-  
quimus.

§. II. Sicut vero aurum & argentum, cum argento & ære  
misceri, ita quoq; ab iis iterum inventa sc. aqua regia, posse se-  
parari, tam sacra pagina. Prov. 17. v. 3. Pf. 12. v. 7. Pf. 66. v. 10. Jer.  
6. in fin. Maleach. 3. v. 3. 1. Pet. 1. v. 2. quam experientia testa-  
tur. Num autem sic penitissimè expurgetur, ut ad summum  
culmen, granorum sc. 288. possit deduci, Dd. non conveniunt,  
negat hoc Covarrub; d. veter; collat; nummor; cap; 3. Budeus l. 3.  
d. Ase,

d. *Affe.* affirmativam tenet *Budelin;* lib. 1. cap. 11. § 12. & priorē sententiam vacuam, inanem, & ridiculam appellat, quod Magister in arte monetaria, quem ego consului, confirmavit, intendit enim illorum ratio, marcā esse 288. *gran.* vel 256. *pf.* Quod nemo artis peritus facile negabit.

§. 12. Aurum Alchimicum s. Alchimiſticum Dd. in diversum rapit, *Afflict;* tit. d. *Regalib;* n. 21. & plurimi, illud ad monetandum esse habile arbitrantur, contrarium verius credit *Decianus* lib. 7. c. 23. n. 12. *Adamus Keller.* lib. 2. d. *offic. juridico Polit.* cap. *Bocer.* c. 4. n. 11. ad alium vero usum licitè posse adhiberi sibi persuadent: ubi simul moent, quod non singulis, qui plerumque exercitio & usu hujus artis omnes suas absumunt facultates, sed tantum Principibus & locupletioribus, confectio illius auri sit permittenda. *August. Ibanus Histor.* lib. 48. pr. de Granatæ Rege Bulhari scribit, artem metalla cætera in aurum transmutandi percussisse. Memorabile idem recenset exemplum *histor.* 104. in fin. de puero septenario, cui nomen Christophorus Müllerus, fabri lignarii filio in Quadis, quod ei ann. c. 1593. loco dentis, qui ei anno critico exciderat, maxillaris aureus optimi auri pannonici sit renatus. Cæterum non desunt, qui planè artem alchimiſticam improbant, illamque fallacem & fatuam dicunt *Tessaur.* p. 1. n. 42. *Vid. Comm. opin.* 519. in fin. Iple Pontifex in cap. *uv. d. Crimin. Falsi in Extrav. Commun.* non solum ex auro Alchimiſticò nummos cudere vetat, sed & eos, qui istiusmodi aurum vel argentum fecerint, fieri mandaverint, operam præstiterint, vel expenderit, infamix notâ, aliisque pœnis afficit. Nos brevitatis studio illam litem Chemicis commendamus, ut oleum operamve, pro lubitu, perdant, & ex auro fumum conficiant.

§. 13. Ad materiam autem spectat, ut justum, verum, & legitimum pondus habeat, German: gültig am Schrot und

C

und



und Gewicht / h.e. ut debita adsit metalli quantitas, lege publicâ determinatâ, cuique nummo attribuenda, l. 1. C. d. Veter. Numism. potest. l. 11. & tale pondus si absit, licitè nummi reprobâri possunt, alleg. l. 1. cum alias reprobatores legitimæ monetæ lege Cornelia de Falsis teneantur, Gothofr. ad d. l. 1. Paul. 5. Sentent. 25. §. 1. De ponderis autem quantitate, quia jam de illa hoc cap. §. 9. fuit actum, & uberius infr. cap. ult. erit agendum, hic ulterius non sumus solliciti.

§. 14. Sistit se jam alterum nummi essentialia, sc. *Forma*: Materia enim & Forma totam nummi substantiam absolvunt, & veram ejus essentialiam ingrediuntur: unde miror, tam magnæ eruditionis virum, & aliâ accuratè philosophantem, Lampadium, in tract. de Natur. numm. in ipso impigisse limine: non enim forma, uti vult, qualitas tantum est extrinseca, ideo adhibita, ut mortales dependendi onere auri argenteve liberaret, sed veram, uti dixi, nummi ingreditur essentialiam. Forma enim ipsa, & ita pars substantialis monetæ, in quantum moneta, non consideratur ut corpus vel materia, sed uti quantitas & valor impositivus, in ipso publico caractere consistit, & ita dat esse rei, ut qualibet moneta, in quantum talis, non deducatur in contractum, vel quantamcunque dispositionem, nisi ratione impositivæ quantitatis, & externi valoris. Accedit, quod nummorum æstimatio debeat esse certa, l. 3. d. in lit. jur. arg. l. 35. §. 1. d. Contr. Emt. l. 42. d. Fi de juss. Certa autem dici non potest, nisi accesserit vera ejus & propria indicatura, quæ, per formam legitimam, justum nummi exprimit valorem. Facit quoq; huc, quod cum de jure quilibet nummus debeat esse ejusdem potestatis, & uniformis pretii, l. 3. d. eo quod cert. loc. l. 1. ibi perpetua æstimatio, d. Contr. Emt. l. fin. C. d. Veter. Numism. potest. lib. 11. inde necessariò requiratur forma. Materia enim absq; forma considerata non dici potest nummus, quia mate-

materia & forma cujuscunque rei essentiam constituunt. Nam quia pecunia recipit functionem formalem, & identitificam cum aliâ pecuniâ, etiam diversæ speciei vel materiæ, *l. 65. d. Verb. Oblig.* sequitur quod illa functio & æquipollentia, non possit consistere in solâ materiâ, quæ non solet esse eadem, nec in sola bonitate extrinsecâ, seu valore impositio & publico caractere, qui est signum nummo impressum, sed in utroq; scilicet materiâ & formâ, ad denotandû videlicet, nummum oblatum ita signatum justî ponderis, probæ speciei, & expressi valoris esse, tantundemque valere signatum, quantum valeret in rudi massâ, *l. 1. C. d. Vet. Numism. potest. lib. II tit. 10.* Forma autem alio nomine indigitatur figura, character, cœlatura, effigies, indicatura, nota, imago. At J Ctus Paulus in *l. 1. d. Contr. Emt.* & Imperator Leo in *Novell. 52.* formæ nomen eligunt, quæ per impositum characterem nummi exprimit valorem, *all. l. 1. d. C. E.* Valor enim nummi externus in suis requisitis consideratus, quod cum ipsâ non convenit bonitate, legitimus haud est, talesque nummos, si ea temporum esset felicitas, ubi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere liceret, facile quis spurios & adulterinos vocitaret.

*S. 15.* Olim quidem valor nummi magnitudine & pondere fuit æstimatus, ut tamen ab hac liberarentur molestiâ mortales, notâ scilicet signô impresso fuit definitus, *Arist. l. 1. Polit. c. 9.* Prisci Romani qui re maximè pecuariâ abundabant, signum bovis, porci, ovis, suis inculperunt nummis, idem fecerunt Athenienses, quorum princeps Theseus ad monumentum suæ victoriæ, cum dejecisset Charantonium sive Menoïs Taurû, vel ut *Camer. p. 214. d. Monet. Veter.* ad celebrandam rem rusticam, nomisma effigie bovis signavit, quem teste *Plinio lib. 33. cap. 3.* imitatus est Romanorum Rex Servius, qui æs grave bovis figura notavit *Polydor. Virgil. lib. 2. d. invent. rer. cap. 20.*

ro Cæsar in habitu citharædi se nummo inculpfit. Sed de e-  
jusmodi typis latè *Alex. ab Alexandr. 4. Geneal. dier. 15.*

§. 16. Successu inde temporis Imperatores Romani,  
quia character testis veritatis & justitiæ esse debebat, suum  
vultum & nomen, cum inscriptione, impresserunt, uti con-  
stat, *ex Matth. 22. v. 20.* Sic Vespasianus, cum primùm fasces  
Imperii arriperet, aurum & argentum suâ signavit effigie,  
*tacit. Histor. 2.* quod & ante illum Reges tam Perfarum, ut  
Darius, quàm Macedonum, ut Philippus, præstiterunt. In  
nostrò Imperiò Germanicò magnus est characterum cumu-  
lus, quibus recensendis paginæ præsentis vix sufficerent. In  
constitutione tamen Ferdinandi I. d. anno 1559. §. 10. *Wie a-  
ber vorgestellte Sorten /* omnium nummorum forma &  
character est definitus, ita ut uno latere Aquila biceps, in-  
fertò ejus pectori globò imperii *des Reichs Äpfel /* cum nu-  
merò valorem numismatis denotante, & nomen Imperato-  
ris inculpatur, Altero verò latere insignia, & nomen Domi-  
ni monetalis, cum inscriptione solitâ, imprimatur. Et quam-  
vis à Principibus hoc non attendatur, liberæ tamen Imperii,  
& aliæ quædam civitates provinciales, qd. Imperatoris privi-  
legium & justam monetam laudant, constitutionem illam  
observare adhuc videri volunt.

§. 17. Ultima hujus capituli pars usum promittit num-  
morum, qui hic non denotat servitutem, h. e. jus alienâ re  
utendi, salva rerum substantia, *pr. Inst. d. Usu & Habitat. nec  
possessionem, l. 15. d. V. S.* nec consuetudinem, uti passim  
in *jure l. 158. l. 211. d. 2.* sed finem: qui nihil aliud est, quàm  
dimensio & æstimatio justa, ad quam res omnes in Republ.  
determinantur: Finem enim suum consequitur nummus,  
quando rem in commercio existentem, æqualitate quantita-  
tis æstimat *l. 1. ff. d. contrab. Empt.* adeoque cæteras res, quæ  
plurimum inæquales sunt, & maximam sæpiuscule com-  
merciis

mercis præbent difficultatem, æstimando & dimetiendo æ-  
quales reddit, ne quis cum alterius damno fiat locupletior.  
*l. 14. d. Cond. indeb. l. 206. d. R. J.* quod certè eveniret, si  
quis e.g. bovem forte cum vitulo, aliis rebus deficientibus,  
commutare cogeretur. Ad hoc itaque incommodum evi-  
tandum, instrumentum quoddam, humanæ vitæ utilissi-  
mum, in quod omnia potest converti *l. 2. C. d. Constit. pecun.*  
fuit inventum, quod indigitatur Nummus *c. 1. §. 1. b.* cujus  
usus ex permutationum & commerciorum necessitate, & ita  
ex jure Gentium, *arg. l. 5. d. justit. & jur.* suum traxit origi-  
nem, *all. l. 1. d. C. E. cap. 2. §. 5.* non tamen unò eodemque  
tempore, uti *§. 4. supr.* fuit declaratum. Non equidem nu-  
merari statim cœpit nummus, sed diu illius usus in magnitu-  
dine & pondere acquievit, ut tamen hisce subveniretur mo-  
lestiis, post signari & numerari incepit *supr. cap. 1. §. 3.* Usus  
certe nummorū non exiguum nostrum jus Civile agnoscit;  
ostendimus enim *supr. c. 1. §. 8. cap. 2. §. 1.* quod in genere suo  
functionem recipiant, & idè etiam mutuo dari possunt; ob-  
jectum enim mutui est res fungibilis *l. 2. §. 1. d. Reb. Credit.*  
Nummorum quoq; ususfr. quidam constituitur, *l. 1. d. Usufr.*  
*ear. rer. qua usu consum. l. 28. d. Usufr. & quemadm. qs. utar.*  
*fruat.* sed talis, cujus objectum sunt res fungibiles quæ usu  
consumuntur, *Rubr. all. tit. adeoque etiam nummi, qui di-*  
*cuntur quantitates, & corporibus opponuntur, hic ut spe-*  
*cies, in genere restituendæ, considerantur l. 51. d. legat. 1.*  
*Magnif. Dnus. Præses in ff. ad Tit. d. Usufr. ear. rer. qua usu con-*  
*sum. l. 4.* Vocantur autem quantitates propterea, quod li-  
cet corpore sint præditi, iis tamen utimur, ut non tam cor-  
pus, quam quantitatem spectamus *Pac. ad tit. de R. D. Vete-*  
*res quoque emisse & vendidisse nummos ex l. 9. §. 2. ad L. Cor-*  
*nel. d. Fals.* colligitur. Consistit quoque nummorum usus  
ad invicem in permutatione, cujus præcipuum genus hodie

est Collybus s. Cambium, der Wechsel / inde pecunia cambialis, quæ dari solet propter periculum itineris pro pecuniâ in cambium transcriptâ, *Habn. d. Naut. scæner. n. 2.* & Campsones, qui pecuniis permutandis occupati sunt, & collybum das Aufsgeld / oder Wechselgeld / accipiunt, Germ. *Factorn* dicuntur. Qui tamen cum veteribus argentariis (quia illi sunt privatæ, hi personæ publicæ) non sunt comparandi, *Franzk. de Edend. n. 29.* sed potius cum illis quos *Hamburgen- ses* dicunt *Banck-Bürger*.

### CAPUT III.

## DE NUMMI CORRUPTIONE.

#### §. 1.

**C**eterum optandum esset, ut nummus §. §. superioribus descriptus, in nostro etiam Imperio materiam & formam Legibus monetariis definitam, obtineret, nec *Taciti* illud passim audiat: *Corruptissima Respubl. plurimæ Leges.* Siquidem Leges habemus tam prudenter circa rem monetariam conscriptas, ut præter executionem, & continuum usum, nihil amplius requirant, nec vel in meliorem statum reducendæ sint. At quod corruptæ reipubl. & mali præ sagii nota esse solet, *Herm: Lather: d. Cens. l. 3. c. 10. n. 46* depravatus & adulterinus nummus, commercia turbat, & magnatum æraria replet. Uti itaque Medici, corpus ægrotum à corruptione liberare conantes, primò causas morbi studiosè inquirunt, dein, ope & medelâ adhibitâ, pristinam sanitatem restituere adlaborant; non absre etiam erit, causas corruptæ moneræ ante omnia examinare, & postea de reductione sollicitè curare. Et quamvis, omnes moneræ adulterandi, fraudandi, & corrupendi artes, enarrare haud possim; principes tamen,

men, ex præceptis & ordinationibus nummariis, cottidianisque rerum argumentis, huc adducere animus est, Est autem, ne in legum principia impingam, nummus corruptus, qui contra legem Imperii, & Edictum monetale est formatus. Quod contingit triplici ferè modo: 1. Respectu causæ Efficientis: 2. Materiæ: 3. Formæ.

§. 2. Corruptuntur verò nummi resp. causæ Efficientis, quando quidem materia ipsa legitima, & simul valor justus est, efficiens verò & auctor talis, qui jus cudendi non habet. Privatus enim si cudat nummos, adulter monetæ censetur 1. C. d. *Fals. Monet.* Imò, licet quis jure monetandi gaudeat, & in formandis nummis ab Edictis monetabilibus recedat, nec cum ipso Imperatore, Imperii LL. sese accommodat, R. J. d. anno 1559. §. wehre es auch Sach 178. & §. wo aber jemand seq. R. J. d. anno 1570. §. alsdann auch die Wärlinggerechtigkeit / 132. d. anno 1571. §. ferner / daß die beyde / 28. & seqq. non est à pœnâ immunis, sed potius gravissimam præbet corrupendi & delinquendi causam. Parit quoque dissensus, & difformitas exterarum nationum corruptionem, si pede, Edicto que d. Anno 1559. §. und nach dem die Fremde 50. d. anno 1566. §. und demnach uns samt gemeinen Ständen 175. d. anno: 571. §. sintemahl auch offenbahr 36 haud observatò, deteriores nummi invehantur, probique ex Imperio evehantur. Injustus quoque nummus censetur ille, qui percutitur ab eò qui à Statu quodam Imperii, gaudente jure monetæ, per conductionem, aut aliò quodam titulò, jus illud impetravit, & ex monetariò regali per illicitam mercaturam, proprium & deforme commodum sectatur, & in bonum publicum enormiter impingit, adeoque ipsis monetariū Dnis, & monetariis gravissimas pœnas Imperii leges dictitant R. J. d. Anno 1551. §. so haben wir uns auch 46. d. anno 1559. §. ferner als sich auch 175. d. anno 1570.

1570. §. als dann auch die Münzgerechtigkeit / 132. & d. anno  
1594. §. wir ordnen / wollen und gebieten auch / 102. & cap.  
7. *infr.* Quæ sanctiones saluberrimæ, si abs omnibus, vel  
præprimis illis, quibus cura rei monetariæ incumbit, ritè  
sanctèque observarentur, magnum proculdubio bonæ mo-  
netæ præberent patrocinium, sed bonæ Leges! corrupta  
moneta!

§. 3. Nec minus corruptionem inducit neglectus  
dierum probatorialium: dum enim rigorosum illud examen,  
& accurata censura intermittitur, quilibet pro lubitu, non  
attentâ ligâ, improbos & in Imperio non approbatos, sui lu-  
cri & commodi causa, percutit nummos. Depravationem  
quoque causatur præmissio & neglectus juramenti:  
quando Monetarii & Guardini, nec Circulo, nec Statui, ad  
quod utrumque tamen sunt obstricti, juramentum præsti-  
terunt, sed pro lubitu quidvis audent, *d. R. J. d. anno 1559. §.*  
*deßgleichen da ein Münz-Meister. 177. d. anno 1551. §. und*  
*sollen derowegen 40. d. anno 1570 §. darumb zu weiterer Fort-*  
*setzung / 134. d. anno 1594. §. wir ordnen wollen und gebieten*  
*auch / 102. in fin.* Insuper illi artis Magistri, de vitâ, moribus  
& peritiâ artis, sunt probè examinandi: cum autem hodiè  
hoc non observetur, sed quilibet, sæpe etiam artis mone-  
randi inexpertes, ad fabricationem nummorum admittan-  
tur, evenit ut eò audentius, inventâ officinâ monetali tor-  
culari, *Zuckmünzen* / ubi nummi non stampantur, sed præ-  
muntur, aliisque illicitis compendiis, nummi corruptantur  
& depraventur.

§. 4. Provenit quoque corruptela nummorum ex  
nimia officinarum multitudine, & abusu hujus regalis: Ni-  
mia enim multitudo privilegiorum, maximum operatur  
abusum, imò intolerabilem depravationem, & confusionem  
nummorum inducit, *Bodinus d. Republ. lib. 6. cap. 3.* Et cum  
jus

jus monetandi omnibus Majestatis inhæreat, tandem ex re Imperii esse videtur, ut cum Imperatore Status Imperii de restringenda illa monetandi libidine sint solliciti. Privilegia enim in publicum damnum concessa, licitè revocantur, quando præprimis beneficiarii, quod hodiè passim fit, illis immane quantum! abutuntur. Veteres Romani, in amplissimo cæterum regno, primis temporibus Romæ tantum in templo Junonis nummos percusserunt. Et Carolus Magnus tanti regale illud habuit, ut nusquam nisi in suo palatio fuerint signati, *Capit. Carol. Magn. lib. 3. c. 13. apud Lindenbrog. Bodin: all. loc. Hanffm. Rosol. ult. lit. B. Sixtin. d. Regalib. lib. 2. cap. 7. n. 19. Kitzel. cl. 1. Theorem. 10. lit. A. De Regibus Angliæ asserit Carpzov. d. Capit. Cesar. c. 8. n. 13. & Arnif. d. jur. Majest. lib. 2. cap. 7. n. 4.* quod non patiantur in regno nummos publicos cudi, nisi in turri Londinensi. Sed hodie, inquit *Kitzel. Cl. 5. q. 2. n. 36.* tanta officinarum est multitudo, ac si regale hoc juris esset privati; & in tantum sunt multiplicatæ, ut quandoque faciliùs officinam monetariam, in quâ proba numismata in deteriora convertuntur, quam molam frumentariam, in quâ frumenta in farinam rediguntur, reperire liceat. Cæterum per saluberrimas Imperii sanctiones, *R. J. d. anno 1570. S. und dieweil man/ 133. d. anno 1571. S. und wiewol in mehr angeregtem 27. d. anno 1576. S. wiewol auch 70. d. anno 1594. S. wir ordnen wollen und gebieten/ 102. in fin.* ad inhibendam officinarum multitudinem, cuique Circulo, ne plures quàm tres vel quatuor officinas, exceptis iis qui proprias auri & argenti fodinas habent, *dict. text.* constituent, est provisum. Quibus Recessibus fermè conformis est *ordinatio probatoria Inferioris Saxonie Circuli d. anno 1610.* in qua dispositum est, ut in 6. tantum civitatibus, puta Lubecæ, Hamburgi, Hallæ, Bremæ, Brunsvigæ, & Rostochii cuderentur nummi. Sed ob inter-

D

polis



politam quorundam protestationem, nec non ipsorum Imperii Statuū conniventiam, saluberrimæ istæ Leges Imperii, & Decreta circulatorum nunquam moribus sunt recepta, *Hanffmann. Resolut. 23. lit. B. Kitzel: all. loc.* adeoque hodie, in maximum Reipubl. detrimentum, morbus ille, aliàs curabilis, gangrenæ instar, corpus affligit, postquam illi, quibus monetæ cura præprimis incumbit, ad exemplum in curiosi medici, medicamina negligunt, vel in diversa consultant.

§. 5. Committitur porro fraus in ipsâ materiâ, cum vel omninò, vel partim vilior materia pro genuinâ substituitur, & ita nummi ex masâ & ligâ injustâ conficiuntur. Concessâ enim legitimâ, & ad normam præscriptâ mixturâ, talis nonnullorum monetariorum, & quorum præsidio ac ministerio (de Dominis enim monetariorum id asserere mihi religio sit) illi utuntur, est avaritia, ut ne pœnis quidem acerbissimis, in saluberrimis Imperii constitutionibus definitis, à prohibitâ admixtione deterreantur, ita ut nihil aliud quam multido peccantium licentiam publici criminis augeat. Cæterum quod hodie cuprum plus justò argento adponatur, nemo est qui ignorat: Agnoverunt & veteres hunc morbum, quapropter lege Corneliâ de Falsis, illum, qui aurum vel argentum tingeret, teneri volebant *l. 8. ad L. Cornel. d. Fall.* & dum Scævola in *l. 102. ff. d. Solut.* mentionem facit ærosæ abrogandæ pecuniæ, intelligit illam, cui plurimum vilioris æris fuit admixtum: Talem pecuniam Livius Drusus in tribunatu plebis confecit, dum æris octavam partem argento misceret, testis est *Plinius lib. 33. cap. 3.*

§. 6. Corruptitur insuper nummi materia, cum probi, & secundum ligam Imperialem conflati nummi, à nonnullis, nescio quibus nominibus digni, in deteriores & viliores cum magnò subditorum, imo superiorum etiam & Magi-

Magistratum detrimentò, convertuntur, R. J. d. anno 1576. S. und nachdem in ezlichen Münden/ 71. d. anno 1594. S. Dieß weil auch durch die Außführer 103. d. anno 1598. S. und als sich noch weiter 57. *Constit: Crimin: Caroli V. artic. III. in fin.* unde aucto vilioris nummi numero, valoris augmentum, non tantum in majoribus & grossis nummis, sed & in rerum mercabilium æstimatione subsequitur, R. J. d. anno 1571. S. und dieweil viele Lande 32. d. anno 1603. S. Insonderheit aber wollen wir 56.

§. 7. Haud leviter quoque depravatur materia, quando artifices, præprimis aurifabri, præter necessitatem ex formatis nummis suppellectilem, aliaque ornamenta conficiunt, R. J. d. anno 1559. S. dergleichen ob die Goldschmied/ 173. & seq. Imo aurum & argentum sæpè ad inania & frustanea, superbix, fastus & voluptatis opera, auri & argenti tractatores insument, quod tamen prohibitum *l. un. C. d. aur; publ. prosecut. lib. 10. tit. 72.* R. J. d. anno 1530. tit. 17. S. 6.

§. 8. Ardua quoque corruptionis censetur causa, quando aurea & argentea numismata, valore externo & bonitate intrinseca proba, extra fines Imperii, ad eos, qui exinde debiliores conficiunt, & cum quibus mutux nummarix leges haud intercedunt, evehuntur, R. J. d. anno 1524. S. dergleichen hatt 25. d. anno 1551. S. so haben wir uns auch 46. d. anno 1559. S. und nachdem 50. & §. dergleichen soll auch 54. d. anno 1570. S. und zu ferner beständiger Handhabung 146. d. anno 1571. S. aber/ damit dem hochsträfflich 11. seqq. d. anno 1576. S. demnach ordnen und setzen wir/ 75. d. anno 1594. S. dieweil auch durch die Außführer 103. l. 2. C. d. *Commerc. & mercat.* Non enim solum severè prohibetur ne argentum vel aurum exportetur & præbeat barbaris, sed etiam præcipitur, ut illud, quod fortè apud illos inventum fuerit, subtili animò auferatur d. l. 2.

D 2

§. 9. Da-

§. 9. Damnum quoque grave sentiunt nummi, quando commercia exercentur cum iis, qui, acceptâ optimâ pecuniâ, merces exponunt frivolas; vitæ hominum inutiles; nec adeo necessarias, sed luxus potius & gulæ irritamenta: & ita prætextu exoticarum mercium nummi cum irreparabili damno ad exteras deferuntur gentes, *Hermann. Lather. d. Censu lib. 3. cap. 10. n. 9.*

§. 10. Quia ad materiam quoque spectat pondus, notandum, quod in eò duplici modò nummus possit depravari; Primò, cum justæ materiæ justum in percussione admittitur pondus: contingit enim sæpiùs quod materia sit optima, pondus tamen illegitimum, quod detrahere ut plurimum solent ii, qui copiâ metallorum destituuntur, *Die den Verlach nicht haben / ut sarciendo hac fraude defectum, probos videantur cudere nummos: quâ ratione efficiunt, ut sæpiùs homines de facultatibus suis plura sperent, quàm in iis est, arg §. 3. Instit: qui & ex quibus causis manumit.*

§. 11. Alterò modò ponderis corruptio improbitate & avaritiâ illorum hominum contingit, qui vocantur *Ringerer / beschneider / schwächer / wäscher / fälscher / &c. R. J. d. anno 1559. §. hierauff setzen und wollen 162.* qui adeo perfrictæ sunt frontis, ut nudò tanquam capite, rodendo, descilpendo, circumscindendo, radendo suum exercere audeant flagitium, & ita *der Münz ihre rechte schwähre gefährlich benemen / Constit: Crimin: Caroli V. artic. III.* quod cum Judæorum proprium sit, pœnâ Judæis constitutâ, jure merito coercendum est.

§. 12. Respectu formæ corrumpitur nummus, quando nonnulli novas & varias monetarum formas, in Imperio nec approbatas, nec permissas, efficiunt, & in publicum protrudunt, quæ hodiè in plerisque Imperii circulis adeo invaluerunt, ut characteres earundem, propter multiplicatam.

tam varietatem vix agnosci, minus recenseri queant. Cum tamen nulla alia nota quam quæ Legibus Imperii comprobata & præscripta est, sit permissa. *R. J. d. anno 1550. §. wie aber vorgestellte Sorten 10. §. hierauff setzen ordnen und wollen wir 31. R. J. d. anno 1566 §. in weitere Berathschlagungen 157. seqq. & §. wir ordnen und wollen auch 169. d. anno 1570. §. wir setzen / ordnen und gebieten ferner 141. & seq. d. anno 1571. §. dieweil aber viel verbottene 16. seqq.*

§. 13. Nec majorem impositus character exprimere, debebat valorem & æstimationem, quàm quæ internæ bonitati, extra sumptus monetales, convenit. Quid autem, hætenus factum, nupera inquisitio & devaluatio Hamburgi instituta luculenter ostendit. Cum abusus, qui indies vires & viros auxit, ni obstitissent Smi. hujus circuli principes, in irreparabile detrimentum, excrevisset. Nemini quoque privatorum pro lubitu pretium nummi mutare licet, sed quomodo inter mercatores, aliosve fœneratores obtineat, optimè noverunt illi, quibus Reipubl. salus curæ est, & qui illo flagitio nimium quantum afficiuntur. Ad hæc enim usque tempora tam aureorum quam argenteorum nummorum æstimium, ob multitudinem minorum, adeò fuit auctum, ut singulis fermè anni quadrantibus, majus iis accesserit pretium, cum tamen bonitati eorum nihil quicquam accreverit. Non desunt circa nummi formam plures corrumpendi causæ, sed quis omnes pœnè innumeros fraudandi modos recenset?

#### CAPUT IV.

### DE NECESSARIA NUMMI CORRUPTI REDUCTIONE.

§. 1.

**I**mperialis officii proprium esse judicatur, subditorum commoda investigare, illorum calamitatibus medelam

D 3

adhi-

adhibere, inquit, Imperator Lotharius, quod inter reliqua certè evenit, quando commerciorū fidelissima habetur cura. Nulla enim Respubl. sine commerciis, nec commercia sine probis & legitimis nummis florescere queunt. In illis siquidem magna Reipubl. salus, quam tueri nulli magis convenire, nec alium ei rei sufficere, quam Cæsarem credidit *Paul. in l. 3. ff. d. offic. Praef. Vigil.* Optandum quidem, ut ab omni quæstu, & commodò privato, secundum LL. Imperii, nummiformarentur, *R. J. d. anno 1570. S. als dann auch die Münzgerechtigkeit / 46. vb. nicht zu ihrem selbstgesuchtem Vorthell /* ita de illorum reductione non multum esset laborandum. Quoniam autem in cap. antecedenti probatum est, quibus & quam variis corruptionibus moneta Imperii afflicta decumbat, & quibus malis pecunia Reipubl. nostram turbet, nullum aliud ingravescentis morbi remedium est, quàm ut adhibita salutari medicinâ, utut palato quorundam displiceat, maturè expellatur, ne languore penitus emoriatur. Nisi enim id fiat, Germania nostra indies magis magisque ab improbis nummulariis, improbarumque monetarum conflatoribus, & campforibus affigetur, quàm si bello quodam prematur, *Kitzel. Class. 5. 9. 2. n. 4. Bodin. d. Republ. lib. 3 cap. 6.* Quòd facere videtur Bogislai Bohemiæ Regis monitum, filio in agone præscriptum, nesc. ullo modo monetam imminueret, *nec enim, ait ille, pestis ulla, nec bellum, nec devastatio hostilis, nec incendium, adeò potest subditis nocere, quàm perversa moneta defraudatio, Johan. Sandl. in descr. Bohem.*

§. 2. Non autem temerè aut intempestivè isthæc reductio suscipienda, sed prudens moderatio adhibenda, ut vana à periculosis differant. Sin autem flagitium sine modo crecat, ut Reipubl. salus, adeoque imperantium pariter & subditorum commodam & utilitas periclitetur, dum æraria principi.

principum improbo numismate implentur, & singulorum facultates & reditus, commercia itidem hominum, vectigalia, pacta conventa quæ versantur in societatibus, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, locatis, conductis, pœnæ denique ac præmia in certa ac dubia redduntur, & omnia ambigua & perplexa fiunt. *Novell. Leon. 52. c. quanto. X. d. Jurejur. Bodin. d. l. in pr.* ita temperandum erit remedium, ut salus populi maneat inconcussa, neve ex damno damnum creseat, sed maturò consiliò, ceu necessitate urgente, omne nefas expellatur, & detestandi mores ex Republ. evellantur.

§. 3. Uti autem potioem reducendi causam, ac necessitatem, ipsa materia s. objectum nummi efflagitat, quando intrinseca bonitas ab externò valore discordat, & LL. Imperii, cæterum saluberrimis, non respondet: ita unicum videtur esse expellendæ malitiæ præsidium, quod anno 22. hujus seculi in reducendâ monetâ est adhibitum; ut sc. ad LL. Imperii, tanto cum consilio promulgatas, fiat reductio. Non enim auxiliò legum destituimur, sed licentia peccandi, & legum contemptus nequã avaritiæ progeniem, audaciorem reddit. Sunt autem istæ LL. Imperii, nempe *d. anno 1559. 1566. 1570. 1571. 1576. 1594. 1603.* & aliæ subsequentes tam prudenter compositæ, ut potiùs executorem, quam censorem requirant. Adeoque etiam in Circulis Imperii, ut eò promptior sit observantia & executio, receptæ & approbatæ: cum & inter potissimas Circulorum constitutorum causas monetæ justitia referatur. *Mattheus Steph. d. Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 48, Thuan: lib. 2. Histor. Caspar. Mantz. de Rep. Rom. t. 4. §. 9. n. 5.*

§. 4. Et certè non exiguum autoritas Imperatoris & statuum Imperii detrimentum caperet, si sanctissimæ illæ constitutiones, tantis cum vigiliis elaboratæ, in magnum Reipubl.

Reipub. dedecus interciderent. Quæ enim honestè cœpta sunt, nec temerè deserenda, nec è manibus dimittenda: cum sit argumentum rei parum prudenter inchoatæ, & evidens esse debet utilitas in legibus novis constituendis, ut recedatur ab eò jure quod diu æquum visum est, *l. 2. ubi DD. d. Constit. Princip.*

§. 5. Nec potest monetæ minoris depravatio & immunitio, sine deformi augmento, monetæ alioquin justæ, nec utrumque sine damno Reipubl. contingere, quod præsentium & præteritorum temporum exempla, cum magno & irreparabili damno testantur. Nam si argentum vel aurum pretio & valori numismatis non respondeat, subditi, tacitâ quasi collectâ, contra LL. ad incitas rediguntur, & illis depauperatis terrarum Domini demum pœnam luunt, quod ne fiat LL. perpetuò provisum est, *l. 1. C. d. Ponder. l. 2. C. d. Veter. numism. potest. l. 5. C. d. Suscept. cap. quanto X. d. Jurejur.* Mercatores enim & qui aliàs negotiis humanis operam dant potiore rationem internæ bonitatis, quam externi valoris habent, & ita auctus nummi valor, pretia rerum auget *arg. l. 2. C. d. Veter. Numism. potest. Bartol. in l. Paulus ff. d. Solut.*

§. 6. Nec illæsa manet principum auctoritas, si patiantur insigne, ceu publicæ fidei testem, numismati invalido inscribi, cum LL. omnes uniformem & usualem valorem exigunt, *l. 1. d. C. E. l. f. C. d. Veter. Num. pot.* Illa autem obtineri haud potest, nisi adæquata sit conformitas inter massam argenti, & valorem nummi, *l. 1. C. d. Veter. Numism. pot. l. 5. C. d. Suscept. l. 1. C. d. Ponderat. ibique Dd.*

§. 7. Ut itaque nummi secundum præscriptum in R. J. ligam & pedem in posterum cudantur, urgentissima suadet necessitas, & commerciorum salus. Incerti enim aliàs  
tam.

tam Principum, quam privatorum essent reditus, suspensa  
commercia, omnia turbata: denique immensis litibus, tam  
Judicum subsellia, quam Jctorum pulpita, fatigarentur.

## CAPUT V.

### QVIBUS ILLA COMPETAT.

#### §. 1.

**Q**uando itaque necessitatem reductionis Reipubl.  
salus, Magistratum auctoritas & emolumentum,  
nec non subditorum utilitas requirit: ratio ordinis  
vult, ut dispiciamus, quibus illa potestas reducendi  
competat. Illi autem propriò jure jus monetæ tribuitur,  
cujus potestas populi & in populū est, & quem apud summa  
Reipubl. residet. Penes populum Romanum, cum post  
ejectos Reges popularis esset status, jus monetæ fuisse, nul-  
lum est dubium, idque asserit *Rosin. lib. 8. antiquitat. p. 2. c. 20.*  
Post constituti sunt Triumviri monetales, ad quos cura num-  
morum spectabat, *l. 2. §. 30. d. Or. Jur. Livius decad. 3. lib. 3.*  
qui nummos his literis notarunt, A. A. A. F. F. i. e. Ære, Ar-  
gento, Auro, Flando, Feriundo, *Cicer. in Epistol. lib. 7. ep. 13.*  
Denique cum Populi & Senatus auctoritas ad unum devol-  
veretur, & necesse esset Reipubl. per unum consuli, popu-  
lusque Romanus Principi & in Principem omne suum jus &  
potestatem, ita quoque nummorum jus, quod potestatis  
summæ pars haud infima est, transtulit, *l. 1. d. Constit.*  
*Princip. §. 6. Instit. d. Jur. Natur. Gent. & Civil. arg. l. 80. d. Reg.*  
*Jur.* Unde Imperator Constantinus illud jus Principis pro-  
prium & nummum suum, in *l. 2. C. d. Fall. Monet.* vocitat, &  
in *l. 1. C. d. Veter. Numism. potestat.* Impp. Valentinianus & Va-  
lens, mentionem solidorum veneratione principum forma-  
torum faciunt. Idque non tantum de illis Imperatoribus,

E

qui



qui ab antiquâ vel novâ Româ Romani appellantur, sed etiam, post translatum ad Germanos Imperium, de nostris Imperatoribus dicendum. Quâ de re in *speculô Suevico lib. 1. cap. 12. §. 3.* dicitur, Alle Münz im Römischen Reich sind eines Römischen Königs / und wer sie haben wil / er sey Pfaff oder Ley / der muß sie haben von dem Römischen König / *Kitzel. Cl. 1. Theor. 6. lit. A.* (ubi alii legunt, von dem Reich und König / *Hanffm. Resol. 6. lit. a.*) Idcirco, quia passim illud jus in dictis Imperii Recessibus Imperatori tribuitur, id formaliter & originaliter, quippe cui soli Majestatis titulus in Imperio competit, est intelligendum, adeoq; hoc jus inter **Käyserliche Hoheiten / und Reservaten** refertur. Proin potestatem reducendi ei quoque primariò adscribimus.

§. 2. Cæterum uti jus monetandi Imperatoribus jure majestatis; ita Electoribus, Archiducibus, Ducibus, Principibus, reliquisque Imperii Statibus, tam secularibus, quàm ecclesiasticis, jure superioritatis seu regalium, similiter ex primavâ investiturâ tribuitur, & hodie jure hereditario transfertur, id circo cum Imperatore unum Imperii corpus effective constituunt,

§. 3. Nemini ergo mirum videri debet, si ipsa reductio, testantibus Imperii Recessibus, ab Imperatore & Statibus Imperii simul suscipiatur. Voluit enim Imperator nihil quidquam in re monetariâ statuere absque Statuum consensu, quapropter iisdem, præprimis Electoribus, monetæ cura & reductio, si corrupta sit, per pragmaticas sanctiones commissa est *R. J. d. anno 1570. §. dergleichen anstellungen* 149. *junct. R. J. d. anno 1555. §. wiewol auch gemeiner Ständen* 135. *& d. anno 1559. in pr.*

§. 4. Gaudent quoque ex speciali privilegio civitates quædam provinciales seu municipales jure cudendi monetæ, *R. J. d. anno 1559. §. aber die hernach gesetzte 48. & passim,*  
Unde

Unde illis nomen cum cœteris imperii statibus videtur esse commune, quod audiant, vel audiri velint, *Münz Herren/ und Münzgenossen so die Münzfreiheit oder Münzge- rechtigkeit haben / R. J. d. anno 1570. §. und dieweil. 133. & seqq.* cum aliàs privati, quorum numero civitates municipales habentur, hoc jure non fruantur: proindè ejuscemodi privilegia strictè sunt interpretanda. Cum itaque, ex peculiari gratiâ, monetæ jus civitates illæ impetrarint, reductionem tamen corruptæ monetæ iis competere vix mihi videtur vero simile: Principum enim & Statuum Imperii nummos reducere per se non possunt, quia nullam in illos habent potestatem: proprios autem reducere nummos non debent, quia, secundum pedem & ligam in Imperii Recessibus præscriptam illos percutere, sub pœna privationis sunt obstricti; Secus si fecerint, habent quod metuant, quia obsequii gloria illis, secundum Leges Imperii vivere, præscribit. Si itaque per callidam monetariorum fraudem improbi in civitate quadam municipali nummi reperiantur signati, tunc commendamus Magistratibus municipalibus *R. J. d. anno 1559. §. Damit aber der gemeine arme Mann 46. in fin. d. anno 1570. §. was aber Reichs ganze & c. 130.* si aliàs suò concessò privilegiò in posterum frui cupiant, nec ex commisso teneri. Tutius ergo civitates municipales egerint, si jure experiantur, cum has inter & Status Imperii, tanta, quâ regalia, sit differentia, quæ esse solet inter Principem & subditum, seu magistratum & civem: & inter illum qui jure proprio & hereditario, & qui speciali lege s. privilegio regalia, vel exercitia regalium habet. Cæterum in falsarios monetarum jure Jurisdictionis licitè experiantur, *d. R. J. vid. cap. ult.*

§. 5. Ut itaque ingruenti malo tempestivè prospiciatur, & corrupta moneta in pristinum, & legibus congruentem statum restituatur, accuratè satis in dictis Imperii Recessibus

fibus, & ordinationibus monetalibus provisum est, quod Imperator, cum Electoribus, quibus præcipuè & nominetenus illa cura incumbit, hoc agant, ut omni fraudi & machinationibus Legibus monetariis contrariis occurratur. Imprimis autem Electoribus, Saxonico & Brandenburgico in finitimis mandatur Provinciis isthæc sollicitudo, *R. J. d. anno 1570. §. dergleichen Anstellungen / 149.* Postea verò ad Imperii Circulos illa cura devoluta est, *R. J. d. anno 1594. §. darbeneben sollen die Creyß 104. & seq. & d. anno 1603. §. und dieweil fast allewegen 54. in fin. & §. seq.* Si autem hi officii sui immemores fuerint, reliquis & singulis Imperii principibus ac Statibus integrum erit vigilare, ne suspecta ac illegitima moneta, in damnum Reipubl. cameras & marsupia repleat. Ut enim lege Imperii, omnes tenentur probam & justam monetam exponere, ita cuique licitum, salutari consiliò præcavere, ne inutile æris pondus auri & argenti vicem subeat. Idque in nuperò conventu, à quibusdam Imperii Statibus, Hamburgi habitò, optimo jure & utiliter prospectum est, quod Eddicta hodiè hisce in locis promulgata, uberiùs declarant. Insuper singulis, etiam magistratibus municipalibus, licet, ut cives suos, pro excludendis improbis monetis, & in hibendâ fraude, dehortentur, adeoque particularia edicta monetalia, secundum modum Jurisdictionis, conficiant, & exequantur, modo illa edictis Imperii monetalibus sint consentanea, *d. R. J. d. anno 1594. vb. welche gleichwol dem Münz-edict nicht zu wieder seyn.*

#### CAPUT VI.

### QVOMODO REDUCTIO FACIENDA.

*§. 1.*  
**V**arii, ad expellendos & Reipubl. improbos & adulterinos nummos, varia adhibuerunt remedia. Quidam hunc morbum,

morbum, postquam invaluit, tam desperatum & incurabilem esse crediderunt, ut præsentissimum remedium reputarent, ad exemplū periculosè agrotantium, expedire potius, ut natura vim suam exserat, quàm ut talis adhibeatur medicina, quæ non usque adeò palato sit grata. Nos, citra cujuslibet rei monetariæ peritioris præjudicium, paucis, quomodo exoptata nummorum sit instituenda reductio, declarabimus.

§. 2. Inter cœtera autem remedia, primarium credimus, ut saluberrimæ ordinationes & Imperii Recessus: In quibus etiam dispositum est ut singulis annis duo vel ad minimum unus probationum instituantur dies, Calendis sc. Maij, & calendis Octobris: plenè in usum revocentur, *R. J. d. anno 1559. §. und damit diese/ 158. & wir wollen auch seq. R. J. d. anno 1566. §. wiewol dan auch/ 171. d. anno 1570. §. als wollen wir noch mahln 138. d. anno 1571. §. ferners daß die beyde/ 28. §. anno 1576. §. sehen also demnach 69.* Quibus diebus criticis id agendum, ut, postquam status circulatorum ad eos peritos in hâc arte ablegarunt consiliarios, exactissimum ligæ in legibus Imperii præscriptæ, circa omnes monetæ usualis species, instituat examina, & fideliter in auri & argenti puritatem & pondus inquiratur.

§. 3. Ut autem accuratiùs sciatur, an pes in Constitutionibus Imper. præscriptus, exactè sit observatus, in probandis & reprobandis nummis Wardinus generalis circuli erit adhibendus; qui, an secundum Imperii ligam nummi fuerint confecti, fideliter & religiose inquirere debet, *Ordin. Probator. Ferdinandi 1. §. auch sollen die Münzgenossen 23. seq. R. J. d. anno 1551. §. und sollen derowegen 40. d. anno 1559. §. damit auch die Probationtag 160. d. anno. 1570. §. was dann oben 138.* Wardini illi, olim vocabantur ponderatores, explorandis & probandis nummis adhibiti, ut omnem con-

entionem dirimerent *Rubr. & l. ultim. C. d. Ponderat. lib. 10. tit. 7.*  
aliò nomine indigitabantur aestimatores, censores, probato-  
res, *Speidel. in voce Wardein/* libripendes, socimastes, *Bor-*  
*nit. cap. 13. in fin.* Græci illum Zygotaten appellant; Hispani  
Contraсте; Galli Assequeur de la monoie. Recessus Im-  
perii illum nominant Wardein/vel Swardein / *R. J. alleg.*  
*loc.* Quæ vox descendit vel à Gallicò verbò guarir, i. e. cu-  
rare, vel garder, custodire, Germ. *gewehren* seu evictio-  
nem bonitatis præstare, vel *warten /* seu *wahren /* daß  
*sie nemblich der Münge wol warten und wahren sollen/*  
*Kitzel. Cl. 1. Theor. 12. lit. B.*

§. 4. Sunt autem vel Generales, vel Speciales, *Six-*  
*tin. d. Regalib. lib. 2. c. 7. n. 44.* Generalis, *der General*  
*Wardey /* describi potest, quod sit superior præfectus  
rei monetariæ, in quolibet Imperii circulo, præstito jure ju-  
rando constitutus, ut ponderet, probet, & intrinsecam mo-  
netæ bonitatem ad amissim extrahat, quique pro suâ fide,  
atque industriâ ne quis fallat, nec fallatur; omnemq; ita soli-  
dorum dubitationem & contentionem dirimit, *arg. l. fin. C.*  
*d. Ponderat. h. e.* uti explicat *Brunnemann. ad all. l. fin.* qui ob  
peritiam suam falli non potest, ob probitatem alios non fal-  
lit: adeoque sumptibus publicis ex cassa circuli desumptis  
est sustentandus. *d. Rec. Imper. Specialem vel inferiorem.*  
Wardinum voco custodem rei monetariæ, qui in quâvis of-  
ficinâ Magistro monetali associatur, ut & laminas & mone-  
tas conflatas debito modo ponderet ac probet, materiam  
probatam papyro involutam & probè designatam pyxidi,  
*in die Fahr. Büren/ Probier. und Münz. Büren/ R. J. d.*  
*anno 1603. §. Insonderheie aber 56.* inferat, illamque de-  
stinatis probationi diebus secum afferat, & Generali War-  
dino, ad justificandam monetam, insinuet, *Ordin. Probat. Ferd.*  
*1. d. anno 1559. §. und demnach 11.* Olim quoque signa num-  
mis

mis imprimere tenebatur, quod tamen munus hodie obeunt ipsi monetarum Magistri, idque secundum LL. Imperii, ni peccare & puniri velint, observare debent.

§. 5. Non tantum Wardini sed & Magistri monetales, si ad dies probationis fuerint vocati, pressè comparere & peracti laboris ac officii sui rationem reddere tenentur. Sunt autem Magistri monetales seu monetarii, operarii, qui circa monetam legitimò modò laborant, *arg. l. 6. §. 1. ad L. Jul. pecul. l. 2. C. d. Fal. Monet.* quorum officium olim vile, abjectum, & deforme fuit, *l. 6. C. d. dignit. lib. 12 tit. 1. l. 1. C. d. Murilegal. & Gyneciar. lib. 11. tit. 7.* nam perpetuò in suâ conditione durare debebant, nec dignitatis cujuscunq; privilegio ab hujuscemodi conditione liberabantur *all. l. 1.* & quia penè servilis erant conditionis, ingenuam ducere iis fuit prohibitum. Si tamen mulier non attentâ fisci denunciatione & admonitione splendorem generis, seu ingenuitatem, contubernio servili postponeret, sequebatur conditionem mariti, & fiebat monetaria cum suâ progenie *l. 7. C. d. Murileg. & Gyneciar. ibique Brunnem.* quod tamen hodie, tum ex generali Germaniæ & aliorum locorum consuetudinè, tum etiam ex ipsis constitutionibus Imperii, nullatenus obtinet, sed jam diu in desuetudinem abiit, in quibus illorum tanquam honestorum virorum sæpius fit mentio, & præ cæteris certis gaudent privilegiis, ab indictionibus, vectigalibus, excubiis, & reliquis oneribus una cum mulieribus & viduis, ex locorum consuetudine, vel speciali privilegio, sunt exempti *Kitzel. Class. 1. Theor. 11. l. d. Hanffm. Resol. 20. lit. F.* ubi in fin. adhuc alia recenset privilegia, quæ tamè majorem partem requisita monetarii potius, quàm privilegia sunt nominanda.

§. 6. Proinde hodie Monetarii, præprimis vero Magistri monetæ die *Münz Meister* viri honesti, probati, ac  
inte-

integre fidei esse debent: Reipublicæ enim interest honestos, fidos, & peritos esse monetarios, ideoque non indistinctè omnis ad tale officium admitti debet, nisi aliquod solenni probationis die Statibus Imperii vel eorum commissariis fuerit exhibitus, seu, uti vocant, præsentatus: ubi habitâ diligenti inquisitione, æque ac Wardinus, de suâ antea actâ vitæ honestate, literas testimoniales à suò Magistrò acceptas edere, & jurejurando promittere tenetur, se ne laturum quidem unguem ab edictis monetaribus recedere, sed omnia strictè, oppignoratis omnibus & universis suis bonis, servare, & vocatus ad diætas omni tempore comparere velle, *Recess. Imper. d. anno 1570. §. Darumb zu weiterer Fortsetzung 134.* Nec sufficit hoc unicum, sed duplici constringitur juramento, quorum prius jam recensuimus quod sc. ablegatis ad diætas præstat, alterum verò proprio domino hoc regale monetæ habenti, cui inservire vult, persolvere tenetur per *R. J. d. anno 1594 §. wir ordnen wollen und gebieten/ 102.* & in Galliâ receptum esse, quod annuatim jurent se Regi nunquam consulturos, ut monetam diminuat, *Hanffm. Resol. 20. lit e.*

§. 7. Si itaq; recensiti monetarum Censores & Docimastæ in Circulorū diætis invenerint monetam, quæ, secundū ligam & pedem, in laudatissimis Imperii Recessibus præscriptum, non est percussa, Status illius circuli prospicere debent, ut id genus homines, qui circa monetam deliquerunt, dignâ plectantur pœnâ. Si autem Domini monetales in culpa fuerint, ipsis pœna privationis vel suspensionis, ni moniti desistant, posita est. Et si ab ulteriori nummorum percussione, abstinere nolint, videant Recessus Imperii verba: *So setzen/ ordnen und wollen wir/ daß der oder die/ neben andern hiebevör in der Münz-Ordnung benandten Penfällen/ in unser und des Reichs Acht ipso facto gefallen seyn sollen/*  
*R. J. d.*

R. J. d. anno 1566. §. auff den fall 159. Et Recessus Circuli Superioris Saxonie d. anno 1658. Im fall sie ferners Münzens / wie der die Reichsagung / sich anmassen werden / soll nicht allein ihre Münz im ganzen Krays verboten / sondern auch der vermeinte Münzmeister ipso facto vor Ehrloß geachtet / auch wo er sich betreten liesse / angehalten / und mit gebührender Straffe beleget werden / idem in Rec. Circ. Infer. Saxon: & nupero pacto Hamburgi inito, conventum.

§. 8. Et quoniam repentinæ legum mutationes, ac rei nummarie conversiones, grave civitatibus detrimentum, sæpè quoque rebellandi ansam præbent, sensim, ut eò levius incommoda ferantur, illorum reductio fieri debet: unde quoque ut Magistratus moderamen aliquod adhibeat necessum est, nimirum ut certum adhuc aliquod tempus ad veteres nummos expendendos subditis indulgeatur, quò quantum fieri potest, ab omni damnò vindicentur *Molineus d. usur. & Commerc. quest. 100. n. 794.* Observari hoc quoq; in Recessibus Imperii, *Rec. d. anno 1559. §. wann aber solche 6. Wochen verfloffen / 51. & Imp. Maximiliani constitutio d. anno 1570. §. dergleichen wollen wir / 144. testantur.*

## CAPUT VII.

### DE NUMMI CONSERVATIONE.

§. 1.

**P**ostquam itaque nummi valor ad intrinsicam sui bonitatem est reductus, non minor erit virtus, quam quærere, parta tueri: itaque tandem, quomodo ab omni corruptione & vitio, vel potius fraude, possit esse immunis, prospiciendum erit.

§. 2. Ne itaque nummus, in posterum percutiendus, vilioris iterum existat materie, de illius constanti & perpetua

F

tuâ.



tuâ æqualitate erit cogitandum. Obtineri autem illa potest, cum accurate liga s. pes diu optatus, provideq; in *R. J. d. anno 1559.* monetariis definitus, & in seqq. approbatus, ab omnibus Imperii Statibus fideliter custodiatur. Et licet illa liga potius Monetarios & Guardinos; quam Juris cultores respiciat, non possumus tamen non, quin paucis quoque eam attingamus.

§. 3. Computantur autem & æstimantur hodiè nummi secundum libras, sive marcas, & quidem Colonienses. Libra verò German. ein Pfund / triplicis est generis: prima, Romana, aliàs as vel pondus dicta, uncarum, ut communiter creditur, duodecim: *Budæus* tamen in *libro 2. de Ase. p. m. 166. lin. 7.* certis magnisq;, quod *Covarruv. d. Collat. veter. numm. mor. c. 2. n. 40.* nequicquam negat, stipatus auctoritatibus, semunciam adhuc addit; ex hâc ratione, quod libra Romana, in ratione nummariâ, cum mina Græca sit ex æquata, & planè sit centenaria. *Georg. autem Agricola lib. 4. c. 5. d. Mensur. & Ponder.* prolixè disputat, & deducere conatur, libram Romanam à Græcâ Minâ, atque ita ab Atticâ librâ in hoc differre, quod Græca centum drachmarum sit, Romana verò nonaginta sex, cum quò facit *Covarruv. alleg. loc.* quamvis *Hofius in elegantissimò suo tractatu d. Re Nummar. veter. lib. 2. c. 10. n. 9. seqq.* propter nonnulla gravissimorum auctorum testimonia, *Budæo* assentitur, cui quoque *Clarissimus & multum Rer. Dnus M. Burchardi, Ecclesiastes Slesvicensis, & Philologus celeberr. Fautor & Præceptor meus semper suspiciendus, in dictatis suis de nummis Romanorum cap. 4. membr. 1. observat.* E. ad stipulatur: ibidemque in *appendice*, de Minâ Atticâ argenteâ, quod primum tantum illa fuerit certa pecuniæ summa, 75. sc. Drachmarum, postea à Solone centum factam esse Drachmarum, *idem vir Clariss.* observat. Hujus autem ponderis s. assis partes sunt duodecim, scilicet uncia, sextans, quadrans, &c. quæ recensentur.

cententur in §. 5. *Instit. d. Hered. Instituend.* Uncia porrò di-  
 viditur in semunciam, semuncia in sicilicum, quod est uncie  
 pars quarta l. 21. §. 2. ff. d. annuis legat. & fideicom. ibique  
*Gotofr.* sicilium in sextulam, sextula in duellam, quæ ideo  
 constat ex duobus sextulis. Græci unciam distribuerunt in  
 8. drachmas, drachmam in tria scrupula s. scriptula, de qui-  
 bus mentio fit in l. 1. C. d. Metall. & Metall. l. 1. tit. 6. & est 24. un-  
 cie pars, quod tamē scrupulū medici tantum in viginti grana  
 dividunt: scrupulum in 6. siliquas, siliquam in 4. grana, & hac  
 compositione, s. libra Medici & Pharmacopœe utuntur. Al-  
 tera libra est mercatorum, & vulgaris, unciarum 16. s. loto-  
 num 32. vulgò ein Schahl lb. loto rursus in quintulas Quen-  
 tin / quintula in denarios 4. dividitur. Tertia, quæ ad nostrā  
 materiam spectat, est Romanæ libræ, unciarum 8. seu 16. loto-  
 nū, Romanis bes dicta, *Briffon.* voce Bes quæ jam diu, teste Co-  
 varruv. apud Christianos in usu fuit, & à Germanis Marcus  
 s. Marca dicta: quæ est vel *Trofica*, vel *Coloniensis*: denotat au-  
 tem marca non semper pondus, sed nonnunquàm certam  
 nummorum summam, sic Hamburgi, Lubecæ, & alibi, ante  
 reductionem monetæ nuper institutā, Imperialis tribus æsti-  
 mabatur marcis: Libra itidem pro certa pecuniæ summā in-  
 terdum consideratur, sic libra Flandrica ein lb. *Flamisch* / libra  
 Sterlingorum ein lb. *Sterling.* *Webner.* in *Observat. Pract.*  
*in voce Goldgülden* & c. p. m. 241. Nobis autem libra s. mar-  
 ca nihil aliud est, quam pondus, per quod argenti quantitas  
 nobis exprimitur: sic marca auri ein *Marck Lötiges oder fein*  
**Goldes** continet 24. Caratas, carata 12, grana, & sic marca  
 auri puri est 228. granorum: vel aliò modò ita potest compu-  
 tari, marca auri, pars libræ vulgaris dimidia  $\frac{1}{2}$  lb. 16. est loto-  
 num, loto  $\frac{1}{2}$  Caratarum, & ita marca auri summæ & absolu-  
 tissimæ puritatis 24. est caratarum. In percussione autem  
 nummorum aureorum liga non, ut argentearum moneta-

rum propter pretiositatem & ponderositatem, uti Dd. loquuntur, secundum lothones; sed secundum Caratas s. caratos observatur, & in iis sequens toleratur mixtura. Ex auri marca constantur 67. ducati, puritas auri in illâ marca est 23. Carat. 8. gran. Rec. Imp. . d. anno 1559. S. ferner dieweil esliche Stände 68. additamentum ergo in singulis marcis tantum 4. granorum esse debet, unde singuli ducatorum quoad pondus  $4\frac{20}{27}$  pars granorum st. auri puri  $4\frac{16}{27}$ , vilioris metalli Zusatz  $\frac{6}{27}$  pars gr. In inferiori tamen Saxoniae circulo, wegen der Wasser Schwerd/ uti monetarii loquuntur, duo detrahunt grana, & ita in illis liga est 23. Carat. 6. gran. Erit ergo bonitas singulorum ducatorum das gehalt  $4\frac{14}{27}$  pars gr. mixtura  $\frac{6}{27}$  pars gr. Aliter in aureis Rhenensibus observatur, quorum liga præscripta est, in d. R. J. anno 1559. S. ferner die gülden Münz belangend/ ubi conficiuntur ex unâ marca 72. aurei, puri auri 18. Carata & 6. grana, vilioris metalli. s. Carata 6. grana, singuli ergo aureorum, bonitatem  $3\frac{1}{12}$  gr., partem vilioris metalli  $\frac{11}{12}$  grani, vulgò Zusatz / ex primunt. Arridet mihi hac in re tabella ex Kitzelcl. 3. q. 2. n. 7. delumpta, & huc transcripta,

	Zahl der Stück auf einer Mark	die Mark fein	Zusatz der Mark	fein das Stück	Zusatz der Stück	Gewicht der Stück.
Ducaten.	67. Du caten.	23. Karat/ 8. Gran. 6. Gran.	4. Grā 6. Grā	$4\frac{16}{27}$ th. gr. $4\frac{14}{27}$ th. gr.	$\frac{6}{27}$   $\frac{6}{27}$ th. gr.	$4\frac{20}{27}$ Gr.
Gold gülden.	72. Gold gülden.	18. Karat/ 6. Gran.	5. karat 6. Gr.	$3\frac{1}{12}$ Gr.	$\frac{11}{12}$ th. Gr.	4 Gr.

§. 4. Hactenus de aurei nummi ratione & conserva-  
tione, jam ad argentei, ceu magis usualis, necessariam con-  
servationem procedimus. Uti autem massa argenti, ratio-  
nem monetæ, in marcas, marca in 16. lothones, 64. quin-  
tulas, 288. grana, 256. pf. dispescitur, ut 18. grana confici-  
ant unum lothonem, ita ex marca puri argenti, quod olim  
obtenebat, formare 8. thaleros, cum argentum ipsum 9. tha-  
leris æstimetur, damnosum erat: Proinde inventa est marca  
colonienfis, quæ quidē respectu ponderis adhuc continet 16.  
lothones; ne autem monetæ dominus sumptus moneta-  
rios pariter & partem pretii perdat, unum lotho-  
nem & 14. grana vilioris metalli seu cupri licitè admittit,  
unde Germanicum 14. *Löthig* / quæ liga sc. 14. lo-  
thonum & 14. granorum, in thaleris, & partibus ejus, atten-  
denda est, *R. J. d. anno 1566. §. Demnach haben wir uns mit  
ihnen 157. d. anno 1559. §. ordnen und wollen hier auff / 35. d.  
anno 1570. §. was oben Reichsgange 130. §. wir setzen ordnen  
141. Kitzel. all. loc. n. 4.* Quæ deinceps in minoris nummis ob-  
servanda venit liga, itidem *R. J. præsertim d. anno 1559. §.  
zum ersten 3. & seq.* præscribit, quæ necessariò observare de-  
bent monetarum dni, nec non, si aliàs justissimas simul &  
gravissimas penas effugere velint, ipsi monetarii.

§. 5. Cum autem iste monetandi modus, facile invertatur,  
nullum aliud præsentis mali remedium erit, quam ut Leges  
armentur ultore. Si itaque eveniat, ut Status monetalis,  
einer der Münz-Stände/oder Münzgenossen suo regali,  
quod variis modis, quorum novem recenset *Kitzel: Class. 5. 9.  
2. n. 8. 9. seqq.* contingit, abutatur, eò ipso, jure suo privatur,  
*R. J. d. anno 1551. §. so haben wir uns auch 46. d. anno 1559. §.  
ferner als sich auch 175. & §. da aber jemand 176. d. anno  
1566. §. wir ordnen und wollen auch 169. d. anno 1570. §. da*

F 3 aber

Aber jemand anderer gestalt. 127. & 5. als dann auch die  
Münzgerechtigkeit 132. v. Demnach ja billich / wer solch  
unser Regal untrewlich mißbraucht / daß er sich dessen  
selbst dadurch unwürdig machet / und entsetzet. d. anno 1594.  
§. Ordnen wollen und gebieten auch 102. *Constit. Crimin.*  
*Caroli V. in fin. v. b.* So aber mit der Herrschafft Wissen und  
Willen / das geschehe / so soll dieselbe Herrschafft ihre  
Münzfreiheit verwircket und verlohren haben.

§. 6. *Pœna etiam pecuniaria, scil. quadraginta marcarum  
auri, Bierzig Marck löttigs Golds / insuper tenentur R. J.  
d. anno 1551. §. so haben wir uns auch 46. quæ pœna tamen  
in edicto monetali d. anno 1559. §. hieauff setzen / ordnen /  
und wollen wir 31. ad decem auri marcas fuit aucta, & ita 50.  
marcarum pœna constituta: continet autem marca auri  
72. flor. auri. Schvvanm. d. Process. Cameral. l. 2. c. 18. n. 19.*

§. 7. *Alia etiam monetarios manet pœna, quæ vel est  
pecuniaria, vel corporis inflictiva; pecuniaria afficiuntur  
pœnâ, qui lucri causa facultatem cudendæ monetæ condu-  
cunt, tunc enim in pœnam 10. marcarum auri incurrunt. d. d.  
R. R. Imper. Illum quoque pecuniariter puniri posse, qui mini-  
mi valoris monetam, als Heller und Pfening / ex vitiosa  
materiâ, percussit, *Const. Crim. Caroli V. artic. III. v. b. welcher a-  
ber & c. communiter Dd. Statuunt Sed Carpz. prax. Crim. p. 1. q.  
42. n. 52. distinguendum esse necessariò putat, inter eum qui  
nummos vel obolos benè multos, ac sæpiù, ex falsâ & vitiosa  
materiâ formavit, & eum qui bis aut semel hoc delictû perpe-  
travit, & paucos admodum fabricavit: priori casu delinquen-  
tem ignis supplicio subjicit, posteriori autem, pœnâ arbitra-  
riâ puniendum eum esse, non dubitat: Et hanc pœnam  
Carpz. all. loc. q. 43. n. 27. dicitur quoque ei, qui nummo pro-  
bæ speciei ac justî ponderis, formæque legitimæ, propriâ au-  
thoritate, alicujus Status monetalis formam imprimit, quia  
nullibi**

nullibi adversus tales falsificatores certa constituta est poena,  
ubi autem poena legibus non est definita, arbitraria creditur,  
*Jafon. in l. 4. ff. d. Jdicit. n. 17. Schrader. d. Feud. par. 10. sect. 19.  
n. 122. Menoch. d. Arbitr. jud. quest. lib. 1. q. 86. n. 6.*

§. 8. Arbitrariè quoque, & quam plurimùm pecu-  
niariter punitur is, qui nummos, justum forte ac legitimum  
pondus excedentes, ad justum usque pondus abradunt, *arg.  
l. 8. ff. ad L. Cornel. d. Fals. dolo enim non caret, qui nummos  
justam quantitatem excedentes radit ac mutilat, lucri enim  
sui causa id facit, auferendo, quod suum non est, sed quod  
est usus publici, Carpzov. all. loc. n. 37. Menoch. d. arbitr. jud.  
quest. lib. 2. cent. 4. cas. 316. n. 37. seq. Ego tamen, Bocer. all. loc.  
n. 12. & licet dissentiat Alciatus Resp. 14. lib. 7. Decian. lib. 7. cap.  
27. n. II. nihilominus ad rerum magistram experientiam pro-  
vocat, & putat non anxie de hoc casu esse laborandum, cum  
vix ac ne vix propter monetariorum curam, unquam exce-  
dens pondo obveniat: Præcavendum potius ne nummi justu  
ponderis, quocunq; etiam ausu, minuantur, aut radantur.*

§. 9. Multâ insuper pecuniariâ afficitur, qui grandiore  
monetam resolvit, ut minorem inde efficiat *C. C. art. 11. ub. wo  
aber jemand einer eines andern Münz umprägert / oder  
wiederumb im Diegel brächte / and geringe Münze dar-  
aus machte / der soll am Leibe oder Gut / nach gestalt der  
Sachen gestrafft werden: R. J. d. anno 1570. §. der  
Münzmeister aber 128. Quicunq; ergo circa nummo-  
rum Formam delinquant, quod potissimum quatuor modis  
contingit: (1.) Fabricatione monetæ absque privilegio à Ce-  
sareâ Majestate impetrato: (2.) Impositione signi alieni, suæ  
monetæ, (3.) ademptione justu ponderis, seu mutilatione  
monetæ, (4.) resolutione monetæ grandioris, justo modo  
formatæ, *Carpzov. all. loc. n. 3. arbitrariam poenam, vel mul-  
tam pecuniariam, vel fustigationem, aut relegationem, pro*  
qua-*

qualitate facti, & conditione personarum, sustinere debent  
*d. art. 11. ib.* nach Recht am Leib oder Guth / nach gestalt  
der Sachen gestrafft werden.

§. 10. Ad duriores monetariorum accedentes poenas, notamus, quod sicut falsificantes & adulterantes monetam, grave committant delictum, ita quoque gravissimis, & acerbissimis affiendi sunt pœnis. Et quia læsæ Majestatis rei censentur, non tantum, bonis omnibus fisco addictis, gladio puniuntur; *arg. l. 5. C. ad L. Jul. Maj.* sed insuper flammaram exustionibus mancipantur *l. 2. C. d. Fal. Monet.* quam pœnam quoque commendat *Constit. Crimin. Caroli V. artic. 11. ub.* Nemlich / welche falsche Münz machen / Zeichen / oder dieselbe falsche Münze auffwechseln / oder sonst zu sich bringen / und wiederumb gefährlich und Boshaftiglich / dem Reichsten zum Nachtheil wissentlich außgeben / die sollen nach gewohnheit auch Satzung der Recht mit dem Feuer vom Lebend zum Tode gestrafft werden: Ubi tamen notandum, quod illa particula Oder / non disjunctivè sed copulativè sit explicanda: vel quod versus ille, de iis sit accipiendus, qui, communicato cum pseudomonetariis consilio, sapiùs & dolosè falsam expendunt monetam, *Brunnem. in l. 2. C. d. Fal. Monet.* & quod, quoad expedentes, ab hac duriori pœna in foro Saxonico sit recessum, probat *Carpzov. Pr. Cr. p. 1. q. 42. n. 30.* Itaque ut pœna ignis falsariis monetæ irrogari queat, duo necessario requirit; nempe ut reus ipse monetam vitiosam fabricaverit; & ipse eandem expendat, unde talem format regulam: Quicumque, ex materiâ vitiosâ, falsam monetam format, eamque simul fallendi animo exponit ac spargit, flammaram exustionibus mancipari debet. Quam regulam  
in

in pronunciando semper observare Scabini Lipsienses, n. 34. testatur, quamvis *Brunnem. & ipse Carpz. all. loc. n. 66. seqq.* praedictam regulam aliquantulum extendant, junge *Menoch, l. 2. d. arbitr: jud. question. cent: 4. cas. 316. n. 52.* Et licet *Dd.* quamplurimi hoc tantum observare volunt in iis, qui nummos Imperatoris falsificant; illum vero, qui vitiavit monetam Principis, aut inferioris Imperii Status (de extraneis enim hoc non asserimus) deportationis poenâ afficiunt, *Decian. l. 7. cap. 27. n. 12. Covarrub. d. Collat: Veter. Numism: c. 8. n. 3. vs. quod si quis & c.* attamen, eundem falsificatorem quoque comburendum esse; nec obstat *l. 2. C. d. Fals. Mones. Tum propter Constit. Crim: Caroli V. artic. III.* ubi verba sunt generalia; *Tum propter R. J. d. anno 1551. §. dazu daß sich Mäniglich 47. & d. anno 1559. §. wir ordnen setzen und wollen auch 171.* *Tum* quod hodie in Imperio Romano-Germanico omnes nummi, licet non Imperatoris, sed forte Principis alicujus; magine signati sint, pariter pro nummô sacri Romani Imperii reputantur *arg. in script. §. 39. alleg. Recess.* Dependet enim illorum autoritas & potestas non ab eo qui nummos cudit, sed qui potestatem cudendi concedit, *R. J. d. anno 1551. §. so haben wir uns auch 46. & d. anno. 1570. §. alsdann auch die Münzgerechtigkeit kein Mercanz 132. Brunnem. alleg. loc. Carpz. all. loc. n. 35. seqq. Bocer. d. Jur. Mones: cap. 5. n. 3.* asserimus.

§. II. Vivicomburio etiam punitur non tantum ille, qui grossos, e.g. Imperiales, ex materiâ vitiosa, confecit nummos, sed etiam is qui minutos fabricavit, v. c. Bacciones, Schreckenbergeros, Cruzigeros, seu ut hodie nos apud obtinent, Schilling/ Doppelschilling/ Dütchen: verba enim in *artic. sæpius allegato III.* sunt generalia, welche falsche Münze machen / ut & *R. J. d. anno 1559. §. wir ordnen/ setzen und wollen auch / 171. ib. vortheiliger Handlung / und Fälschung*



schung aller alten und neuen guten Münzen / Nec ipse modo, qui tales vitiosos nummos percussit, sed & qui opem & auxilium sciens præstitit, igni pœnâ plectendus est, arg. l. 1. C. d. Fals. Monet. Hoc tamen adhuc notandum, quod teste Decian: lib. 7. cap. 28. n. ult. in Galliâ adulterantes Regis monetam, in aquâ ferventissimâ, seu ebulliente, fuerint suffocati.

§. 12. Illi quoque qui ad hujus criminis ministeria domum elocarunt, ejus dominio cadunt, illaque fisco vindicatur *Constit. Crimin. Caroli V. art. III. v/ die ihre Häuser wissentlich darzu leihen / dieselbe Häuser sollen sie damit verwircket haben*: Et hæc pœna jam olim fuit constituta etiam in ignorantes, scientes enim adhuc durius puniebantur l. 1. ubi domus vero C. d. Fals. Monet. Decian. lib. 7. cap. 25. n. 1. 2. nisi dominus vel longius absuerit, tunc enim custos domus capite plectebatur; vel ante ignorans, ut primum repererit, scelus prodiderit perpetratum: tunc enim possessio vel domus ipsius, proscriptionis injuriæ minimè subjacebat: *all. l. 1. ubi tamen viduæ, modo verò nulla apud ipsos tam gravis conscientia noxa resideat; & impuberes, etiam si conscii fuerint, nullum sustinent detrimentum, additâ ratione, quia ætas illorum quid videat, ignorat: Tutores tamen si in proximo fuerint, tantum fisco inferre debent, quantum pupillo inferre debuisset, si impubes non fuisset d. l. 1. ibique Brunnem.* Sed hodiè, ut supra diximus, multatione ædium non nisi scientes plectuntur. *d. Constit. Crimin. art. III. Carpzov. all. loc. n. 118.*

§. 13. Et quia nonnunquam Wardini haud rectè suâ funguntur officio, dum nummos quidem ligæ Imperiali non conformes deprehendunt, nihilominus tamen admittunt, nec protinus dissecant, rejiciunt, & magistro monetarum

rum ad defectum supplendum restituunt, ad quod, si aliàs  
teterrimam perjurii evitare velint pœnam, necessario sunt  
obstricti, *Ordin. probat. Ferdin. 1. d. anno 1559. §.* befindet aber  
der Swardin das solch Werck Goldes am Gehalt mehr  
als einen halben Grân zu gering 3. & §. 4. *vb.* das in allen  
Silbern Münzen ungefehrlich auffss höchste ein Grân/  
das remedium dermassen sey: fehlet aber der MünzMei-  
ster über die ein Grân / so sol der Swardin / dasselbe  
Werck nicht außgehen / sondern einsehen und zerbrechen  
lassen: Huic Edicto si contra faciant, modo pœna corporis  
infectiva, modo bonorum amissione sunt puniendi *d. ord.*  
*probat. Ferdin. §.* befindet aber der Swardin 3. *vb.* auff  
Straffe Leibes und Guhtes &c.

§. 14. In *Ordin. tamen probator inferioris Saxonia Cir-*  
*culi d. anno 1568. tit.* von dem Remedio, nullum plane in-  
grossis monetis toleratur remedium, verba ejus hæc sunt:  
das Remedium anlangend / sol solches in den groben Sil-  
bern Münzen gang und gar abgeschnitten / und keines  
wegs geduldet werden / biß auff den Silber Groschen/  
doppelte und einfache Schilling *inclusivè*, was aber die ge-  
ringe Sorten betreffen thut / sollen die MünzMeister  
und Swardinen sorgfältigen Fleiß haben / das keines Re-  
medii nöthig / Quod si tamen fortuito in percussione parvu-  
lorum nummorum e. g. obolorum, & nummulorum, defe-  
ctus obveniat, toleratur quidem remedium, sed sub eâ con-  
ditione, ut damnum illud leve proximè velit resarcire, *Or-*  
*din. probat. Ferd. 1. §.* so viel die silberne Münze belanget /  
4. *vb.* daß der MünzMeister das nechste Werck darnach  
im gleichen Gewicht in so viel als dem vorigen gemau-  
gelt / hierüber und besser machen sol.

§. 15. Si verò lis aliqua inter Monetarium & Wardinum, dum errorem fortè in probando commissum præ tendit, fuerit orta, illa tunc à Generali Wardino definienda & dirimenda est, *Ord. Probator. Ferd. 1. §. Imfall gesetz. 5. & ord. probator. infer. circul. tit. 1. vs. und im fall daeiniger Münzmeister* / Si vero magister monetalis nondum acquiescere velit, tunc quidem altera ei non est deneganda probatio, si verò iterum succubuerit, omnes istiusmodi secundæ probationis sumptus sustinere, & Statuum Consiliariis refundere tenetur, justaque, pro ratione admissi, afficiendus est pœnâ *alleg. Ord. Ferdin. 1. §. so aber der Münzmeister 13.*

§. 16. Visis gravissimis adulterantium pœnis, optamus executionem, ut quilibet competens magistratus censoriam adhibeat virgulam, falsificantesque justissimis & durissimis afficiat pœnis: Nam sicut in morbis periculosis & magnis, remedia periculosa & extrema sunt admittenda *Hippocr. aphor. 6. sect. 1.* ita adversus homines protervos pœnæ duriores sūt decernendæ, *arg. l. 16. §. ult. ff. d. Pœn.* quod enim medicamenta morbis & corporibus præstant, hæc jura Reipubl. & negotiis exhibent *pr. Nov. ut idcirco quia depravationes hodie nummorum tot turbas, tot incommoda excitant, & indies adhuc crescunt, meritò Principi & cuivis Magistratui, ut pro modo delicti, delinquentes criminaliter vel civiliter puniant, incumbit, R. 7. d. anno 1559. §. hierauff sehen/ ordnen und wollen wir / 162. §. so dann ein solcher verbrecher / eq.* Quo factò non dubitamus, quin optimi in Reipubl. conserventur nummi, illorumque in solidum locetur salus. Processum tamen ipsum, inquisitionis scilicet, vel accusationis, ordinem iudicii, probationes, iudicem competentem, &c. ne justò prolixior deprehendar, hic prætermittens, Practicis commendo.

§. 17. Ut

§. 17. Ut porrò probi nummi in Republ. conserventur, ni-  
mia quoque aurifabrum temperanda est licentia, qui fractis  
purissimis nummis, mixturam addunt, & ex iis vasa aurea &  
argentea conficiunt, imò aurum & argentum evehunt & ex-  
ponunt, quod tamen omninò prohibitum R. J. d. anno 1559.  
§. dergleichen ob die Goldschmied 173. ubi quoque licentia  
dissecandi, absq; auctoritate magistratus, auream & argen-  
team monetā, iis est adempta, §. Sie sollen auch einige gülti-  
dene und silberne Münze nicht brechen / ohn vorwissen  
ihrer ordentlicher Obrigkeit 174. & tunc cautè prospicien-  
dum, ut in conficiendis vasis, & aliis figuris, justam, in R. J. d.  
anno 1548. tit. von Goldschmieden 35. & R. J. d. anno 1577. tit.  
cod. 36. iis præscriptam, observent ligam: sed quantum ab eā  
hodie recedunt, experientia docet.

§. 18. Cavendum quoque ne aurei & argentei  
nummi in deurationes ædificiorum, vestium, æris, ferri, li-  
gni, lapidis, corii &c. infumantur, quod si fiat, dictata  
est pœna in R. J. d. anno 1530. tit. 17. §. 6. quam haud effu-  
gere debent: Quod enim per hoc voluptatis opus magna  
auri absumatur copia, exemplum Neronis, & Vespasiani, qui  
inaurando Capitolio multa aureorum millia perdiderunt,  
testatur. Eadem quæ in auro, in argento quoque mili-  
tat ratio.

§. 19. Ad conservandos nummos, cautione insuper  
utendum, ne cum privatorum commodo & Reipubl. detri-  
mento extra Imperii fines exportentur, quod est contra  
R. J. d. anno 1524. §. dergleichen 24. & d. anno 1551. §. so haben  
wir uns auch 46. ubi, sub pœna confiscationis bonorum,  
prohibitum, ne materies infecta, evehatur. Parum autem  
refert materiam aut materiaturum quis alienet: De exportatio-  
ne autem nummorum optimorum, & illatione reprobo-  
rum specialiter dispositum est in R. J. d. anno 1559. §. und nach

Dem die frembde außländische Münzen so. & plures in hanc rem textus in cap. 3. § 8. supr. Quia autem nihilominus contra Sanctiones Imperatorias quidam fraudulenter peccare audent, exploratores, in viis, teloniis, portibus publicis, sunt constituendi, qui fraudem fraude illudere calleant, ut ita delinquentes justis afficiantur pœnis.

§. 20. Pertinet quoque ad nummorum conservacionem, ut fodinæ metallicæ, de quarum jure hac vice non disputamus, exquisitissimâ perquirantur & scrutentur arte, damit das Bergwerck nicht liege / novaque, divina præunte gratia, indagantur venæ, exemplo Germanorum, de quibus *Lipsius in Saturn. lib. 2. cap. 1.* non tamen veterum, illi enim curam scrutandi metalla intermiserunt, *Tacit. d. Mor. Germ. p. m. 689. verb. quis enim scrutatus est?* Quibus autem adhuc natura aurum & argentum denegant, illi arte & industriâ hunc defectum directè & obliquè adferendo aliunde supplere debent *Bornie. d. Numm. lib. 2. cap. 6.*

§. 21. Constantem denique & perpetuum redditum nummum, severa, uti antea diximus, delinquentium coercitio; nec minus constans & perpetuus argenti valor, qui quidem ut plurimum ex hominum æstimatione, & multitudine metalli dependet, *arg. l. un. C. d. arg. pret. lib. 10. tit. ult. supr. cap. 2. §. 10.* attamen ex pretio nummi magnam partem statuitur: hinc & communi Statuum consensu certus ac constans esse potest, *R. J. d. anno 1524 §. dergleichen hat 25. vb. auff einen beständigen Silberkauff zur beständiger erhaltung solcher Münz / R. J. d. anno 1529 §. und nachdem die Käyserliche Regierung 33. verb. eines beständigen Gold- und Silberkauffs halben zuvergleichen.* Incumbit autem illa coercitionis & conservacionis cura Imperatori, jure majestatis; Principibus, & reliquis Imperii Statibus, jure superioritatis; civitatibus municipalibus autem, jure Jurisdictionis.

tionis. Non desunt, qui plures conservandi modos excogitant, interim potissimos referre sufficit: adeoque cum auctore Hassiæ Landgravii esset, concludo, Man soll einett Fürstentennen/ bey reiner Strassen/ Haltung geschehen Zufag/ und guter Müng/ Waremund, d. Erenberg.  
*d. Regn. subfd. ac oner. subditor. c. 5. n. 37. Lather.*  
*d. Cens. lib. 3. cap. 10. n. 51.*



Ad  
FLORENTISSIMUM  
DN. AUCTOREM  
J. V. C. præstantissimum, victorem  
& amicum suum suavissimum, cum voto felicissimi Studiorum successus,

Imperii nummus *vip* est, si forma probetur,  
urbes consociat, rerum & commercia servat,  
et facit ut valido constet Respublica fulcro.  
Nummus at injustus semper mala magna minatur,  
urbes dissociat, rerum & commercia turbat,  
et facit invalido ruat ut Respublica fulcro.  
Sic hodiè, noster nummus dum factus adulter,  
læduntur pravis æraria publica drachmis,  
et plebs infelix luit irreparabile damnum.

Hinc

Hinc, ut damnosus nummi tollatur abusus,  
imperii Proceres meditamina publica captant,  
et sancte curant, quæ sit cudenda moneta.  
Tu strepirus inter Musarum surgis, AMICE,  
scitè differtas; quin fortiter usque tueris  
de pretio nummi magno tibi scripta labore.  
Gratulor ex animo: cœptis fortuna sereno  
ideat, ut vultu, precor, adsistatve benigno,  
et largas merces regina pecunia donet.

Heinr. Rudolph. Kedefer/P.P.




**H**ANSENI, nostro penitus qui corde receptus,  
**A**scendis Cathedram, doctaque verba facis.  
**N**ummi materiam justam, justumque valorem  
**S**criptis enumeras laudis honore tuis.  
**E**rgo gratamur, simul & testamur amorem  
**N**ostra, Tibi veniant ne mala, vota vovent.


Hæc  
Amoris testandi gratia, præcipiti  
calamo fuderunt,

COMMENSALES.










tionis. Non desunt, qui plures consi-  
gant, interim potissimos referre suffi-  
cō Hassiæ Landgravii effatō, concludo  
Fürstentennen/ bey reiner Strassen/  
ner Zusatz/ und guter Münz/ Ware  
*d. Regn. subisd. ac oner. subditor. c. 3.*  
*d. Cens. lib. 3. cap. 10. n.*



Ad  
FLORENTISSIM  
DN. AUCTO  
J.V.C. præstantissimum, o  
& amicū suū svavissimum  
licissimi Studiorum succ

Imperii nummus *νμ* est, si form  
urbes consociat, rerum & com  
et facit ut valido constet Respubl  
Nummus at injustus semper mala  
urbes dissociat, rerum & comm  
et facit invalido ruat ut Respublic  
Sic hodiè, noster nummus dum f  
læduntur pravis æraria publica dr  
et plebs infelix luit irreparabile d



dos exco-  
cum au-  
ost einett  
eschehe-  
nberg.  
r.

EM

rem  
ofe-

ur,  
vat,

inatur,

ter,

Hinc